BIBLIOTHECA APOSTOLICA

VATICANA

BIBLIOTHECA APOSTOLICA

VATICANA

CODICIBUS MANUSCRIPTIS RECENSITA

IUBENTE

LEONE XIII PONT. MAX.

EDITA

PONTIFICATUS ANNO VII

CODICES MANUSCRIPTI PALATINI
GRAECI
BIBLIOTHECAE VATICANAE

DESCRIPTI

PRAESIDE I. B. CARDINALI PITRA

EPISCOPO PORTUENSI

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

RECENSUIT ET DIGESSIT

HENRICUS STEVENSON SENIOR

EIUSDEM BIBLIOTHECAE SCRIPTOR

ROMAE
EX TYPOGRAPHEO VATICANO
MDCCCLXXXV

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI PP. XIII.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

Summorum Ecclesiae Romanae Antistitum, Beatissime Pater, inolevit ea perennis et munifica consuetudo, ut litterarum monumenta cum sacra tum profana, sub regio Sedis Apostolicae iure posita, in scientiae emolumentum et incrementum, publicae luci committerentur. Id profecto fert pontificium ingenium: id significavit palam, ad valvas Vaticanae Bibliothecae, conditor eiusdem Sixtus ille quintus, dum haec marmori iussit insculpi, novissimae posteritati commendanda:

« Sixtus V Pont. Max. Bibliothecam Apostolicam a sanctis-
« simis prioribus illis Pontificibus, qui beati Petri vocem audierunt,
« in ipsis adhuc surgentis Ecclesiae primordiis inchoatam, pace
« Ecclesiae reddita Laterani institutam, a posterioribus deinde in
« Vaticanum, ut ad usus pontificios paratior esset, translatam, ibique
« a Nicolao V auctam, a Sixto IV insigniter excultam... in hunc
« editum, perlucidum, salubrem, magisque opportunum locum

« extulit, picturis illustribus undique ornavit, liberalibusque doctri-
« nis et publicae studiorum utilitati dicavit. »

Vota ut solverentur ab augusto Pontifice concepta dicataque, statim ab initio, multaque cum diligentia et experientia, ac manu clarissimorum virorum descripta fuit immensa supellex in pluteis Vaticanis seposita; unde ea quae dicuntur εὑρητήρια, etiam nunc tantae molis et copiae nobis supersunt, ut singularem prope modum bibliothecam efficiant; quae sane nullibi locupletior occurrit, immo tantopere eminet, ut collatis Holstenii, Allatii, Alemanni, Assemanorum, aliorum studiis, raro quidem exemplo, graece graeci codices describantur, orientales vero orientali anecdotorum ornentur apparatu, ac sic porro de caeteris populorum linguis, quae per innumera volumina in hac turre Romana feliciter consociantur.

Verum haud satis erat ut facilis et obvius pateret accessus quibuscumque viris doctis Urbem adeuntibus; nec satis ut iisdem semel ingressis sine mora adesset quilibet liber ex tanta κειμηλίων congerie requisitus, sed etiam procul stantibus provisum est. Providere incoepit doctissimus inter Romanos Pontifices Benedictus XIV. Haud enim immemor, vel a remotis christianae antiquitatis temporibus, Urbem fuisse veluti emporium, ex quo merces ad alenda animorum studia in longinquas Occidentis et Orientis ecclesias deveherentur, conscius praeterea Vaticanum iure dici, ut vetus illud Aegyptiorum museum, τῆς ψυχῆς ἰατρεῖον, medicam animae officinam, « ad puram et incorruptam fidei doctrinaeque veritatem, perpetua successione in nos derivandam (Sixtus V), » iussit magnus Pontifex, ut codicum Vaticanorum descriptio publici iuris fieret, et per orbem spargeretur. « Tandem aliquando, ut cum Assemanis loquar, edendo operi praefectis, imperio atque auspiciis summi

sanctissimique Pontificis Benedicti XIV, in publicam lucem prodire incipit manuscriptorum codicum, qui in apostolica Vaticana Bibliotheca adservantur, integer accuratusque Catalogus. »

Verum haec nimium confidenter ambo Maronitas: Vix enim tres ingentes tomos e praelo ovantes excipiebant, quum ferale incendium exemplaria fere omnia ambussit, absumpsitque etiam reliquas scripturas, quotquot typis parabantur. Furentibus flammis paulo post successit et ingruit vehemens tempestas, sacris infesta studiis, quae Vaticanas aedes saevior excussit, dum totum orbem continuo turbine perflaret. Quid mirum, tamdiu fuisse interceptum opus ab Assemanis, opulenta favente pace, inchoatum?

Cladem utcumque resarcivit Angelus Maius, quem meminisse iuvat: sed uno tantum speculo codicum orientalium, quo doctorum desideria, nedum satientur, acuuntur potius, et acrius in diem urgent, ut quem augurabantur Assemani « Bibliothecae Vaticanae integrum absolutumque catalogum, » is tandem, si fas est, ex cineribus reviviscat.

Fas est, Te iubente, Beatissime Pater, Vix enim evectus, plaudente orbe catholico, ad fastigium Sedis Apostolicae, inter tot novi imperii rerum et negotiorum pondera, in Vaticanos libros animum convertisti et sollicitudinem. Statim discere Te placuit, iam ab octo annis, iussu s. m. Pii IX, ex collegio scriptorum Bibliothecae selectos fuisse viros strenuos, qui praeside Bibliothecario S. R. E. collatis in consilia et studia variis sub eo positis, totum opus dirigente cl. v. Ioanne Baptista de Rossi, incubuere in describendos singulatim et accurate ultimos codices Vaticanos; ac nedum infausta tempora, capta Urbe, occluso Pontifice, orbe trepidante, animos frangerent, calcaria potius addiderunt, ut nullis

diebus vel aestivis vacantibus, labor indefessus ferveret: donec quinque magnae molis volumina conderentur, quibus demum universa codicum Vaticanorum copia, haud sine provida et necessaria cautela, ob hostilem potestatem, in tuto et patulo collocaretur.

Quae quum didicisset expendissetque, alta et munifica Sapientia Tua statuit, iam opportere tanti laboris fructus non lateat neque amplius occultetur. Iubenti, ut par erat, obtemperatum: hinc simul latina, illinc graeca codicum Palatinorum descriptio typis Vaticanis tradita est. Atque procurante eodem Bibliothecario, eodem cooperante collegio, plagulas digessit, repurgavit, expolivit egregius vir Henricus Stevensonius senior, una cum filio Henrico, qui per totos tres annos nihil omisere, ut qui nunc prodeunt duo tomi priores neque sedis apostolicae dignitati, neque incredibili doctorum virorum expectationi impares essent.

Accedit utrique tomo necessarium et inclytum ornamentum: ac primum haud satis laudandus Romanus Archaeologus integros Bibliothecae apostolicae fastus ab initio et ex ordine recensuit, fata enarravit, quae nota erant illustravit, quae latuere hactenus, eaque non pauca, in luculentum diem, uti solet, proposuit.

Praeterea multae et elegantis doctrinae vir, Henricus Stevensonius senior, Bibliothecae Palatinae fortunam prosecutus, provinciam suscepit tenebris obsitam, aviam interdum, utpote hostium funestatam certaminibus; qua tamen sat feliciter functus est, ut eius disquisitio, amplissimis aucta indicibus, caeteris id genus exemplo sit, quas pro re data commodum erit adornare, quando singulas classes Vaticanas, quae Ottoboniana, Reginensis, Urbinas, Colonnensis, Capponiana audiunt, locus erit adducendi in medium et perlustrandi.

Fecit igitur Leonis XIII pontificatus quod frustra Magnus Benedictus XIV incepit: ac si faustis exordiis caetera succedunt, ea Tibi gloriose regnanti laus erit, quam caeteri Pontifices, quantumvis in Bibliothecam apostolicam munificentissimi, non superarunt.

Laus sane multa sit Nicolao V, qui « capta urbe Constantinopoli, non solum aere suo bibliothecae imperatoriae reliquias ab avaris direptoribus redemit, sed tota ab Europa quidquid bonas artes, bonasque litteras redoleret, Romam adferri, et in Vaticanam bibliothecam adservari sedulo sumptuoseque procuravit (Assemani) ».

Nec minor sit Sixti IV laus, qui pari studio ex universis terrarum partibus libros conquisivit, convocavit scriptores, interpretes accersivit, ac primus aulam Vaticanam, academiae instar Palatinae aut Alexandrinae, publicavit.

Neque taceantur Leo X et Clemens VII, qui dum fureret haeretica procella, quae tot veteres libros, ut data ventis ludibria, dissipavit, neque vel Urbi pepercit expugnatae, avita ultro erecti Mediceorum liberalitate, suas non solum opes politis artibus dicarunt, sed ipsummet purpuratum Collegium in tutelam et splendorem Vaticanae Bibliothecae cooptarunt.

Immortale sit Sixti V nomen, qui quum uno anno exegerit monumentum, quod vix alii in saeculo excogitassent, meruit ut viri et operis nomen indivulsum in uno propylaei marmore sic perennaret: SIXTI · V BIBLIOT. VATIC.

Memoretur Paulus V, qui parvi aestimans libros graecos latinosque, ipso superstite, in Vaticanam colligi, serius in aevum munificus, pinguis aerarii stipem augendae in perpetuum Bibliothecae addixit.

Ecquis vero has viderit tabulas Palatinas, quin salutare gestiat Urbanum VIII, qui nobiles Heidelbergae victoriae manubias, Gregorio XV haud sine pretio datas, recepit, opimisque spoliis custodiendis praefecit ex latere praesidem, hospitio Vaticano honestatum.

Aequo insuper plausu excipiatur uterque Alexander VII et VIII, quorum prior Vaticanis addidit Urbinates libros, arte et elegantia caeteris quibuscumque praestantiores; posterior, Ottobonianos et Reginenses duplicem in cumulum adduxit, quos etiam auxit Clemens XII, tum ex doctissimi Pii II domestica haereditate, tum innumeris Orientalium gazis, duplici Assemanorum itinere conquisitis. parato etiam tertio, quo confecto, Roma nunc potioribus Musei Britannici thesauris superbiret.

Verum enim vero, Optime Maxime Pontifex, dum quidquam maiorum gloriae detrahi nefas est, dicere ausim, nihil fieri potuisse in Bibliotheca Vaticana maius et auspicatius, quam eiusdem codicum descriptionem cum Urbe et Orbe communicare; nullum esse opus litteris fovendis et amplificandis aptius, nullum munus universae doctorum hominum societati gratum magis et magis acceptum.

Multa sane et praeclara sunt quae regnum Tuum posteris commendent: nova luce sublimiorem philosophiam infundi; historiam, vitae magistram, ampliori spatiari palaestra; excuti arcana veterum tabularum, quibus obscura tempora declarantur, restituitur sanctis Pontificibus neglectus honor, Sedis Apostolicae fama redintegratur; tum cuiuscumque generis litteras exemplo, incitamento, subsidio Tuo foveri; pergere interim navem Petri inter scopulos, perque fluctuum aestus, qui numquam tumidiores surrexere, facem vero ab arce apostolica altius coruscare, qua errorum caligo dissipatur, perstringitur schismatis umbra, malignae hostium fraudes

occultaeque insidiae deteguntur, Oriens expergefit, Occidens ab ingruenti nocte revocatur, totus collustratur orbis catholicus; Ecclesiam demum, quo magis quassatur, stare firmiorem, haud absimilem sacrae illi Basilicae Lateranensi, quae sicuti solet, historia teste, quoties ab iniqua impressione solum Romanum offenditur, toties a fundamento concuti, ita nuper fatiscens, sed robusto Leonis brachio erecta et stabilita, nunc sublimior ad sidera iamque splendidior exsurgit.

Magna sane haec Tua sunt, Summe Pontifex; non minora tamen Tuae sapientiae consilia, Tuae munera largitionis, quibus abdita Apostolicae Bibliothecae volumina, et reconditae Archivi Vaticani tabulae omnium studio et admirationi panduntur. Faxit Deus, ut crescentibus alacriter metentium turmis ad reportandos in horrea sacra manipulos segetis uberrimae, Tua detur in dextera longitudo dierum, et in sinistra divitiae et gloria, ut quod Te auspice incoeptum est, Te coronante perficiatur. Hoc erat in votis

Sanctissime Pater

supplici et humillimo filio Tuo
✠ Ioanni Baptistae Card. Pitra
Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae
Bibliothecario S. R. E.

PROLEGOMENA

PRAEFATIO

LEONIS XIII sapientissimi Pontificis auctoritate, qui nihil antiquius habet, quam ut ad Bibliothecae Vaticanae thesauros viris doctis facilior pateat aditus, eorumque commodis amplissime consulatur, auspiciisque Eminentissimi Principis Io. Bapt. Pitra S. R. E. Cardinalis Bibliothecarii, etsi et nos tanto oneri sumus impares, et opus ipsum arduum est et periculosae aleae plenum, codices tamen graecos bibliothecae Vaticanae recensere aggressi sumus, a nobilissima illa librorum supellectile inchoantes, quae Palatina nuncupatur.

§ 1. Quam bibliothecam, superstite etiam tum Iano Grutero, ultimo eiusdem custode [1], Gregorio XV P. M. et Apostolicae Sedi a Maximiliano I, Bavariae duce, anno 1623, muneris ergo missam fuisse [2], testantur, praeter

[1] De Grutero (Gruytère) cf. E. Stida, *J. Gr. manes.* Erford 1628; F. H. Flayder, *Vita Gr.*, Tubing. 1628, Lips. 1679; Balth. Venator, *Panegyricus J. Gr. dictus.* Lips. 1679; J. v. Hulst, *Jean Gruytère*, Liège 1847.

[2] « *Questa donazione non può dirsi meramente gratuita, ma piuttosto remuneratoria, e come una giusta ricompensa ai soccorsi apprestati* ». Sic Cardinalis Consalvi in rescripto ad Principem ab Hardenberg, qui, regis Borussorum nomine, Pium VII P. M. deprecatus erat, uti Heidelbergae integra redderetur bibliotheca

alia documenta, inscriptiones duae, quarum prior, interiori parti tegumenti complurium codicum adglutinata, huiusmodi est: “ *Sum de bibliotheca, quam Heidelberga capta, spolium fecit, et P. M. Gregorio XV trophaeum misit Maximilianus, utriusque Bavariae dux* etc. *S. R. I. Archidapifer et Princeps Elector* „. Sequuntur Bavariae insignia in scuto, cum temporis nota: *Anno Christi M. IϽC. XXIII* [1]. Qua inscriptione quum non omnes sint codices instructi, minus recte autumarunt nonnulli, Maximilianum Summo Pontifici aliquot codices, fidei gratique animi pignora, prius misisse, quam integram bibliothecam Romam adveheret Leo Allatius. Ita etiam perperam sensisse C. B. Hasium apparet ex Notitia eius codicis Palatini 23 (apud nos 33), quam edidit Dübnerus: *Epigrammatum Anthologia Pal.* Vol. I, p. XII.

Altera inscriptio, marmori incisa, quae in aula legitur bibliothecae Vaticanae, ubi codices Palatini olim adservabantur, longior quam quae integra referri possit, ab his verbis exorditur: “ *Urbanus VIII Pont. Max. complura Palatinae Bibliothecae volumina nobiles Heidelbergicae victoriae manubias Gregorio XV et Apostolicae Sedi a Maximiliano Bavariae duce donata Romam advexit* etc. „. Gregorium quidem, anno 1622 exeunte, non Urbanum VIII, curam bibliothecae Palatinae Romam transferendae in Leonem Allatium contulisse “ *propter spectatam viri non eruditionem solum, sed*

Palatina (vid. Wilkenium in libro infra [§ 4, n. 1] laudato, p. 251). Et sane multa et maxima fuerant Gregorii XV in Bavariae Ducem merita, cui ingentes suppeditarat pecunias, ipsius bibliothecae aestimatione longe maiores. Cf. Lipowsky, *Friedrich V. Churfürst von der Pfalz und König von Böhmen.* München 1824, p. 240; Aug. Theiner, *Schenkung der Heidelberger Bibliothek durch Maximilian I.* etc. *an Pabst Gregor XV. und ihre Versendung nach Rom. Mit Original Schriften.* München, 1844, p. 3; et demum Ioh. Christ. Fel. Bähr, qui contra Theinerum disputavit in commentatione inscripta: *Die Entführung der Heidelberger Bibliothek nach Rom im Jahre 1623.* Leipzig 1845, p. 12 sqq. Quae commentatio seorsum expressa est ex ephemeride *Serapeum* dicta, Leipz. 1845, p. 113-159, in qua pariter contra Theinerum disseruit M. A. Gessert, p. 1-11.

[1] Pittacia haec chartacea, maiora in codicibus maioribus, minora in ceteris, tegumento affixa, a celebri Sadelero Monachii incisa fuisse, docent Ant. Ruland (*Serapeum,* a. 1856, Nr. 13, p. 201), et Christ. Bähr (*Heidelberger Jahrbücher der Literatur,* a. 1872, Nr. 32, p. 509). — Inscriptionem quidem retulerunt plurimi, inter quos Kayser, *Historischer Schauplatz der Stadt Heidelberg.* Frankf. a. M. 1733. Solus vero Theinerus, ni fallimur, una cum verbis insignia ipsa Maximiliani aere exprimenda in fronte supra laudati operis curavit.

etiam fidem et industriam ac singularem in rebus gerendis dexteritatem „, disertissime docet Stephanus Gradius Ragusinus, Allatii familiaris, in *Allatii Vita*, quam, ex schedis eiusdem in bibliotheca Vallicellana delitescentibus erutam, in lucem protulit A. Maius in *Nova PP. Bibl.* Tom. VI, p. V-XXVIII [1]. Et compertum est, summum Graecum, nihil moratum, mense Decembri eiusdem anni 1622 Heidelbergam [2] iam attigisse. Quum vero Gregorius ante sit mortuus, quam Allatius ex itinere Romam rediit, non immerito dicitur Urbanus VIII, in inscriptione quam supra retulimus, ipse bibliothecam Romam adduxisse.

§ 2. Allatium summa diligentia fideque Gregorii XV mandata [3] persecutum esse, codicesque omnes manu exaratos, quotquot colligi possent, necnon ex immani librorum typis impressorum copia illos praesertim, qui doctorum commodis servire possent, ex bibliotheca Palatina aliisque, cum

[1] De Allatio scripsit nuperrime Demetr. Rhodokanakis in ephemeride: *Pandora*, T. XVIII, nr. 429; XIX, nr. 433, 442, 444.

[2] « *Per hyemem et per medios hostes non sine discrimine et vitae alea* », ut ait ipse Allatius in libro *de Synodo Photiana* p. 288. V. etiam Steph. Gradium *l. c.* XXII sqq. Iter Allatii Heidelbergam eiusque Romam reditio paucis memorantur a Theinero *l. c.* p. 13-40, fusius autem a Chr. Bähr, qui integram itineris narrationem ex codice (24, p. 703-717) Iusti Fontanini, Archiepiscopi Ancyrae, qui in bibliotheca Sancti Danielis, oppidi Friulani, adservatur, primus edidit, anno 1872, in supra dicta ephemeride: *Heidelberger Jahrbücher* etc., n. 31, 32, p. 486 sqq., sub titulo: *Zur Geschichte der Entführung der Heidelberger Bibliothek.* Vide etiam G. B. Beltrani: *Rapporto d'Allatio sul trasp. della Pal.* in ephemeride *Rivista Europea*, 1882.

[3] Mandata, quae Allatio Roma discessuro Pontificis nomine data fuere a Cardinali Ludovisio et Nicolao Alemanni, primo bibliothecae Vaticanae custode, eximia arte et peritia italico sermone confecta, quum a Mich. Frid. Quadio, bibliothecario Gryphiswaldensi, ex apographo bibliothecae Mayerianae fraude corrupto, anno 1708 latine reddita fuissent, ex ipsis Allatii schedis Vallicellanis primus edidit Theiner (*l. c.* p. 57 sqq. nr. VI, VII). Ante Theinerum quidem, sed ex apographo Vindobonensi, Wilkenius eadem mandata, quorum fidem olim in dubium vocarat (*l. c.* p. 191, not. 2), in vulgus, anno 1837 emiserat in ephemeride: *Jahrbücher der Philologie von Seebode, Jahn und Klotz. Vter Supplementband*, p. 13 sqq. cf. Bähr, *Die Entführung* etc. p. 26. Omnium vero primus mandatorum auctoritatem gravissimis probaverat argumentis Ranke, *Röm. Päbste, III. Fürsten und Völker, IV*, p. 393 sqq.

Heidelbergensis Universitatis tum Collegii Sapientiae [1], Romam deferendos et in Vaticanam reponendos [2] curasse, nemo est qui in dubium revocare possit, modo ad catalogos Sylburgii Gruterique se conferat. Quin immo Tillii, praecipui foederatarum copiarum ducis, auctoritate adiutus, codices nonnullos haud parvi momenti reciperavit, quos ex bibliotheca exportatos arguerent debitorum chirographa [3]. Quot enim nostra memoria desunt, unus alterve si excipiatur, desiderabantur totidem iam Allatii aetate (ut ex indice in cod. Vat. Lat. 7762, f. 466 patet), qui, in libris conquirendis, ne forte incuriae insimularetur, vel homo haberetur naris minus emunctae, optimo consilio Romam syngraphas secum attulit [4], quibus planum faceret, aliquot codices tunc temporis utendi gratia fuisse commodatos, nec in tanta rerum perturbatione recipi potuisse. Ne hoc quidem in eximio viro reprehendendum vide-

[1] Catalogum librorum 76 manu scriptorum Collegii Sapientiae praebet ex Allatii schedis Theiner *l. c.* p. 78 sqq. nr. XXIII; apographum exstat in cod. Vat. Lat. 7762, f. 550. — Vide etiam apud Theinerum (p. 81, nr. XXIV) indicem codicum graecorum (73) et latinorum (101), quos, praestantissimos plerosque, a Maximiliano I ex bibliotheca Palatina in Monachiensem primum devectos, ab eodem acceperat Allatius et in Vaticanam una cum ceteris fideliter reposuit, cf. Thein. *l. c.* p. 17, et Bähr, *Die Entführung* etc. p. 33. Esaias Leukerus, tum bibliothecarius Monachiensis, videtur ipse codices illos, iussu Maximiliani, pro bibliotheca Bavarica ex Palatina selegisse. Vide epistolam eiusdem ad Gruterum, quam ex codice quodam Monachiensi edidit Ant. Ruland, *Serapeum,* a. 1856, p. 228 infr. Inter codices tum temporis forte Monachium Heidelberga translatos et ibidem, insciente Allatio, relictos, enumerandum est etiam Trithemii *Chronicon Spanhemense,* quod sua ipsius manu auctor exaraverat, cf. Friederich *l.* c. p. 41.

[2] Quot fuerint librorum Palatinorum capsae, quo tempore Romam attigerint, quantique earum ex Urbe in bibliothecam Vaticanam adsportatio constiterit, discimus ex codice Vat. Lat. 7762, cuius titulus est: *Varia ad bibliothecam Vaticanam* a Contelorio collecta. Quae capsae quum statim a baiulis portus Romae, qui dicitur Ripetta, in bibliothecam clavis confixae invectae fuerint, mendacii arguuntur illi, qui Allatium codices aliquot manu scriptos Cardinalibus Carolo Barberini, Colonnae, aliisque primum tradidisse commenti sunt, cf. Theiner, *l. c.* p. 40, 41; Wilken, *l. c.* p. 215. Ficta Allatii crimina firmissimis diluit argumentis Chr. Bähr, *Heid. Jahrbücher der Literatur*, p. 515 sqq. Allatii causam strenue egit etiam Friederich, *Geschichte der nach Rom entführten Bibliothek,* Karlsruhe, 1816, p. 42 sqq.

[3] Vid. Steph. Grad. *l. c.*, cap. I, § 42, et Theiner *l. c.* p. 23.

[4] Syngraphas sive apochas, Gruteri scriptas manu, quae annos complectuntur 1589-1621, vide apud Theiner *l. c.* p. 87-105, nr. XXV, XXVI.

tur, quod, ut vulgo existimatur, inversa temere numerorum serie Sylburgiana, optimi catalogi Sylburgii usum viris doctis tot annos praecluserit; quo factum est, ut etiamnunc, dum nesciunt cuinam numero antiquiori Sylburgiano consonet recentior, in vestigandis codicibus Palatinis, a Montfaucon aliisque ante tempora Emmanuelis Schelstratii commemoratis, operam incassum impendant. Culpam enim non fuisse Allatii, sed potius Felicis Contelorii, Bibliothecae Vaticanae primi custodis, apparere dixeris ex codice Vat. Lat. 7762, f. 453 sqq. et 462 sqq., eius manu exaratis [1]. Antiquiores numeros in sedem suam Assemannorum aetate nondum repositos fuisse, ex eorum ad catalogum Bibliothecae Vaticanae praefatione (T. I, p. XIV) arguitur, ubi in haec verba erumpunt: " *Fridericus Sylburgius indicem contexuit . . . sed ne hic quidem meliorem ceteris sortitus est conditionem, et nullius usus praesidiique futurum adprime intelliges, tum quia non eo ordine neque ea serie, quomodo notati sunt atque dispositi, codices designantur* etc. „. Quo tumultus ille quodammodo sedetur, et copia fiat, cui lubeat, conferendi inter se utriusque, Contelorii Sylburgiique, numeros, statuimus indicibus, quibus instruitur catalogus noster, alium adiungere, ex codice Barberino XXXVIII 90 desumptum, qui Holstenii schedas exhibet, nec non ex Vaticano Lat. 7762, supra memorato (v. Indicem I, p. 289).

Anno demum quartodecimo post Allatii decessum (1669), Emmanuelis Schelstratii aetate, qui anno 1688 ab Innocentio XI P. M. bibliothecae Vaticanae maior custos renunciatus fuit, redintegrati sunt numeri Sylburgiani, ut ex catalogo auspiciis eiusdem a duobus scriptoribus bibliothecae Vaticanae graece confecto (v. § 11) colligi potest. Nisi quod, coactis in unum et alterum codicem fragmentis omnibus, numeris 402-431 apud Sylburgium signatis, in locum eorum suffecti sunt codices novi, quos Sylburgius, absoluto iam catalogo, a iurisconsulto Iulio Pacio de Beriga, sumptibus Ioannis Casimiri, res Palatinatus, dum pupillus esset Fredericus IV, procurantis, bibliothecae Palatinae comparaverat.

[1] De insignibus Felicis Contelorii meritis, qui in Nicolai Alemanni, primi bibliothecae Vaticanae custodis, locum successit, *nec multo postea etiam procurationem publici apud Vaticanam tabularii* (archivii) *adeptus est*, plurimis disputat Steph. Gradius in iam laudata *Allatii vita* (§ 48), quam taedet auctorem, de Contelorio fusius locuturum, ad finem non perduxisse. V. etiam G. B. Beltrani, *Felice Contelori ed i suoi studî negli Archivî del Vaticano* (Archivio della Soc. Rom. di Storia P. vol. II, 1879, p. 165 sqq.).

§ 3. Anno 1797, composito bello, quod cum Apostolica Sede gerebat Gallorum gens, pactisque apud Tolentinum oppidum indutiis, a Gallis victoribus cautum est, ut Pius VI P. M. quingentos codices manu scriptos, quos ipsi ex universa bibliotheca Vaticana delegissent, Parisios deferendos sibi traderet [1], inter quos sex et viginti graeci Palatini, iique maximam partem praestantissimi [2], adnumerabantur.

§ 4. Debellatis postea Gallis anno 1815 a regum foederatorum copiis, quum spoliatis bona sua refunderentur, Universitas litterarum Heidelbergensis a Pontifice Maximo Pio VII sollicita prece petivit, suffragante potissimum Borussorum rege, ut partem bibliothecae Parisios delatam sibi reddi iuberet. Annuit summus Pontifex, regis beneficiorum memor; quin etiam, ut meritam ei gratiam persolveret, Parisinis codicibus, cum graecis illis tum duodecim latinis, alios Palatinos addidit octingentos quadragenos octo germanico scriptos sermone (Pal. Germ. 1-847, et Pal. Lat. 52, qui Otfridi evangeliorum historiam theotisce continet), praeterea latinos quattuor (454, 1737, 1854, 1912), ad Universitatis Heidelbergensis historiam spectantes; quos codices omnes, ut Romanis nulli fere usui esse, sic Germanis maxime profuturos non immerito sentiebat [3].

[1] Cf. *Recensio mss. codicum qui ex universa bibliotheca Vaticana selecti iussu Pii VI P. M. pridie Id. Iul. an. 1797 procuratoribus Gallorum iure belli, seu pactarum induciarum ergo et initae pacis traditi fuere. Acc. index librorum tam impressorum quam mss. bibl. Vatic. et vasorum Etruscorum ac numorum iisdem procuratoribus exhibitorum.* Lipsiae. *Impr. P. G. Kummer 1803.* Partem huius recensionis, quae ad codices graecos latinosque Bibliothecae Palatinae attinet, accurate ex eadem recensione exscripsit Friederich, *l. c.* p. 62-77.

[2] Cf. indicem sextum ex illis qui catalogum nostrum excipiunt; ex quo liquet Gallorum procuratores in eligendis codicibus fuisse sagacissimos, cf. Bähr, *Die Entführung* etc. p. 43.

[3] Multus est in his rebus, quarum magna fuit pars, Fr. Wilkenius, Universitatis Heidelbergensis tum Prorector, in libro qui inscribitur: *Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten Heidelberg. Büchersammlungen* etc. Heidelberg 1817, p. 237-271. Accedit codicum omnium (exceptis CLXXXVI Germanicis minoris pretii, ut quidem editori videbatur) Heidelbergae redditorum brevis recensio, de qua vide quae infra dicimus § 11 extr. Cf. etiam Fr. Creuzer, *Catalogus codicum Palatinorum Academiae Heidelbergensi restitutorum.* Heid. 1816.

§ 5. Quum et numero codicum manu scriptorum eorumque praestantia tantam sibi laudem comparaverit Bibliotheca Palatina, non abs re hic esse videtur incunabula eius et continua incrementa breviter memorare, duce, inter alios, Wilkenio qui, in libro modo laudato, rarissimo sane vixque in bibliothecis publicis obvio, hanc rem pluribus verbis est amplexus [1]. Conditam fuisse Palatinam bibliothecam, auctore Rudolpho Agricola [2], circiter annum 1482, ab Electore Philippo (1476-1508), qui in arce sive aula coacervaverat quidquid praestantiorum in Palatinatu, Germania, Italiaque codicum impetrari potuit, refert H. Altingius in *Historia Ecclesiae Palatinae* [3]. Verisimile est, plerosque codices graecos et latinos Electoris bibliothecae ab ipso Agricola emptos fuisse in Italia, quo se contulerat, ut ex Graecorum exsulum ore, qui, capta a Turcis Constantinopoli (a. 1453), illuc se receperant, linguam Graecam penitus disceret. Aucta fuit postea bibliotheca libris Ioannis Dalburgii [4] (non Dalbergii, ut volunt recentiores), cancellarii Electoris Phi-

[1] Quae de initiis et incrementis bibliothecae Palatinae disputavit Fr. Adelung et post eum Carolus Greith, perexigua sunt et incerta valde. Cf. Adelung, *Nachricht v. altd. Gedichten, welche aus d. Heidelbergischen Bibliothek in die Vaticanische gekommen sind* etc. Koenigsberg 1796, praef.; C. Greith: *Spicilegium Vaticanum. Beiträge zur näheren Kenntniss der Vatikanischen Bibl. für Deutsche Poesie der Mittelalters.* Frauenfeld 1838, praef. Quae de bibliotheca Palatina disseruerunt Bethmannus, Bluhmius, alii, v. in Henrici f. n. praef. ad Cat. Codd. Pal. Latt.

[2] De Rudolpho Agricola (Roelof Huysmann) nostra memoria scripserunt Erhard, *Geschichte des Wiederaufblühens wissenschaftlicher Bildung.* Magdeburg 1827, I p. 374-415; Tjalling Petr. Tresling, *Vita ac merita R. Agric.* Groning. 1838; Ad. Bossert, *De Rod. Agr.* Paris. 1865; Klix in: *Schmids Encyklopädie des Erziehungs und Unterrichtswesens.* Gotha 1868, I, p. 33-55.

[3] Edidit Miegius in *Monumentis pietatis et literariis,* Francofurti ad Moenum, a. MDCCII, p. 134. Altingii sententiam amplexi sunt Wilken, *l. c.* p. 110, 111, et Hautz, *Geschichte der Univ. Heidelb.* I, 359, 360. Conditam vero fuisse bibliothecam, suadente Rudolpho Agricola, ab electore Philippo, neminem testari nisi Altingium, qui quo auctore usus sit non constat; et ea quae idem de bibliotheca Dalburgii cum Palatina Heidelbergensi coniuncta commemorat, sola ipsius coniectura niti videri, admonitos nos voluit clarissimus vir Carolus Zangemeister. Ortum bibliothecae Palatinae altius repetit Friederich, nempe a Ludovico Barbato (a. 1421), nec immerito, uti videtur (cf. *l. c.* p. 17-19), et Greith, qui eum sequutus est (*l. c.* p. 11).

[4] De Dalburgio cf. Zapf, *Johann von Dalberg Bischoff zu Worms,* Augsb. 1796. Friederich, *l. c.* p. 26. Fabric. *Bibl. Lat.* ed. Florent. 1858, sub v. Dalburgius.

lippi, qui, hortante eodem Agricola, supellectilem codicum paraverat opulentam in usum episcopatus sui Ladeburgensis, translatis eo libris monasterii S. Nazarii Laureshamensis (Lorsch), quo quidem vix aliud in tota Germania fuit codicibus ornatius [1]. Quum Agricola amicissimo Dalburgio donaverit quidquid ipse librorum haberet, et in ea Quintilianum sua ipsius manu descriptum, credendum est probabili coniectura, et codices eius una cum Dalburgianis in bibliothecam Palatinam transiisse.

§ 6. Electores Ludovicum V, qui cognomento Pacificus dictus est (a. 1508-1544), et Fridericum II (a. 1544-1556) de amplificanda bibliotheca Palatina plurimum etiam cogitasse, ex multis codicibus Germanicis a Pio VII P. M. Heidelbergae redditis apertum est. Studio vero potissimum operaque Ottonis Henrici (Ottheinrich a. 1556-1559), magnopere ampliatam fuisse bibliothecam, quam ex aula, ubi prius adservabatur, in Ecclesiam Collegii Sancti Spiritus, quae Universitatis libros iamdudum capiebat, (v. Wilk. *l. c.* p. 108 sqq.) [2], transferri iussit, ex pluribus lucet testimoniis, et imprimis ex codice Vat. Pal. Lat. 1915, in quo librorum manu scriptorum incredibilis copia nomine eius tanquam possessoris insignitur. Viros doctos ac maxime celebrem Ulrichum Fuggerum amicitia sua et patrocinio cohonestavit, quemadmodum ex codice Germanico Palatino 841, nunc Heidelbergensi, evincitur, qui epistolas eius aliquot ad Fuggerum continet [3]. Iam in itinere, quod iuvenis in

[1] Cf. Alting, *l. c.* p. 134; Friederich, *l. c.* p. 26, 27; Wilken, *l. c.* p. 113, 114, ubi v. not. 19; Mai, *Spic. Rom.* V, 161. De codicibus, qui ex variis monasteriis et privatorum hominum bibliothecis in Palatinam devenere, disputaturus est propediem filius noster Henricus in Historia codd. Pal. Interea videsis quae de Laurissensibus scripsit Wilmanns in ephemeride: *Rheinisches Museum,* XXIII, p. 385.

[2] A bibliotheca Palatina discernenda est illa Universitatis, quae, longe antiquior, iam ab anno 1396 libris erat instructa (v. G. Toepke, *Die Matrikel der Universität Heidelberg.* Heid. 1884, erster Theil, p. 655 sqq.). Prior inde ab anno 1553 cum illa in Ecclesia Sancti Spiritus coniuncta quidem fuit, ita tamen, ut suus utrique esset bibliothecarius. Palatina nuncupabatur « *Landbibliothek* » (Wilk. p. 184) i. e. *la biblioteca publica,* ut habet Allatius (apud Theiner *l. c.* p. 44). In hac inerat pars tantum bibliothecae Electorum privatae, sed integra Ottonis Henrici, cuius testamenti partem, ad bibliothecae legatum spectantem, ediderunt Frid. Petr. Wundt in ephemeride, *Allgem. Literatur Anzeiger,* a. 1798, p. 785-789, et Ioh. Frid. Hautz, *Geschichte der Universität Heidelb.,* Vol. II, p. 413-416.

[3] V. Wilken, *l. c.* p. 116, not. 23.

Palaestinam litterarum pietatisque causa susceperat, codices graecos sibi comparaverat plures [1], et pro certo habendum esse videtur, maiorem codicum Arabicorum, Syriacorum, Hebraicorumque partem, quibus insignis est bibliotheca Palatina, in illa peregrinatione eum collegisse. Curavit etiam ipse aliquot codices Graecos suum in usum describendos, ut cod. graec. 401 Pal. Vat., quem sumptibus eius exscripsit Picander Kittingerus. Et, senescente aetate, studium bibliothecam iam opulentam novis ditandi thesauris adeo non remisit, ut, eo rogante, Iurisconsultus Nicolaus Cisnerus (Kistner) Italiam et Galliam per integrum quadriennium lustraret ad codices domini impensis undique conquirendos (v. Friederich, *l. c.* p. 29; Wilk. *l. c.* p. 121; Hautz, *l. c.* II, p. 32).

§ 7. Anno 1587, iubente Electore Friderico IV [2], vel, ut accuratius loquamur, Ioanne Casimiro, qui tutoris vice Palatinatus erat tum curator (a. 1583-1592), cooptata fuit in Palatinam bibliotheca, magno labore ac sumptibus comparata, nobilissimi viri Philippi a Gemingen (vel Gemmingen), cuius catalogum, a. 1587 confectum, videre est in cod. Pal. Lat. 1920. Maxime vero omnium ad dignitatem Palatinae amplitudinemque contulit librorum supellex, quam, codicibus manu exaratis graecis, latinis et hebraicis amplius mille (sic Gruterus in *Chron. eccles.* lib. II, p. 1306), ne germanicos plures, hispanicos, italicos, gallicos memoremus, quos tacet Gruterus, spectatissimam, illustrissimus Ulrichus Fuggerus [3] Friderico IV, grati animi

[1] Cf. Mieg, *l. c.* praef. p. II; Friederich, *l. c.* p. 28; Wilken, *l. c.* p. 117 sqq.

[2] In cod. Vat. Pal. Lat. 1916 catalogum codicum graecorum (126) Augustanae bibliothecae excipit index librorum, quos Fridericus IV ex arce in Ecclesiam S. Spiritus *(aus dem Schlosse zu Heidelberg in die Landbibliothek zum heiligen Geiste)* transferendos Paulo Melisso tradiderat. Libri (imprimis latini, italici, germanici) sunt fere omnes typis editi, inter quos recensentur Caesaris commentarii *ex bibliotheca Fuluij Ursini*. Cod. Vat. Pal. Lat. 1917 eundem praebet indicem ab eodem Melisso iterum confectum, in quo minio distinguuntur libri Friderici in *Electoralem bibliothecam publicam* iam repositi ab illis qui *ab Illmo Electore in aula sunt retenti*. Inter codices mss. qui numero perpauci sunt, habentur Virgilius, Cicero de legibus, et Friderici I Com. Pal. historia. Tertium demum eiusdem catalogi exemplar, *Bibliotheca privata Friderici Comitis Palatini* inscriptum, reperitur in cod. Vat. Pal. Lat. 1918.

[3] De Fuggero vide Thuanum (de Thou) in *Hist. mei temporis* lib. 80; Bayle in *Dict. hist.* s. v. Fugger; Friederich, *l. c.* p. 35; Wilken, *l. c.* p. 116 et im-

ergo, testamento reliquit, qui eam anno 1584 in Palatinam recipi iussit. Quam copiosa fuerit Fuggeriana bibliotheca omnis linguae codicibus manu scriptis et libris impressis, facile perspicitur ex cod. Vat. Pal. Lat. 1921 [1], qui eorum complectitur recensionem, ab ipso Electoris tabellione anno 1570 germanice accuratissime descriptam, dum libri integri in capsis adhuc iacerent. Quam recensionem satis habuit in codice Vat. Pal. Lat. 1915 transcribere Gruterus, paucis tantum ab eo suppletis. In indice contra Pal. Lat. 1920, quem totum confecerit ipse, insunt praesertim libri Fuggeri editi. Indicem latinorum eiusdem librorum, quem Sylburgius scripsisse dicitur (v. Mieg, *l. c.* praefat. et Bähr, *Die Entführung* etc. p. 31), nusquam invenire nobis contigit.

Vix dubitamus, quin eiusdem Fuggeri fuerint quindecim codices illi, non parvi pretii, quos, a sacerdote Graeco Nathaniele, anno 1559, *pretio 53 coronatorum* emptos, enumerat cod. Vat. Pal. Lat. 1951; constatque nobis ex pluribus indiciis, si minus Ioannis Baptistae Egnatii [2] codices, illosque Cypriani cuiusdam, quem Leovitium (Leowitz), insignem Ottonis Henrici astrologum, esse opinamur, at procul dubio integram Iannotii *(Giannozzo)* Manetti [3] libro-

primis 130 sqq.; Hautz, *l. c.* II, p. 34. Notum est Fuggerum cōdices plures bibliothecae suae, sumptibus suis edendos, imprimis graecos, Henrico Stephano commodasse, quod significare solebat doctus typographus his verbis: *Excudebat Henricus Stephanus, illustris viri Hulderici Fuggeri typographus,* ut legitur in fronte editionis Thucydidis a. MDLXIIII, quam ad manum habemus.

[1] Cod. chart. in folio, cuius tegumentum est membranaceum, constat foliis 232, nec alios nisi Fuggerianos libros continet. Singulae capsae, ut ex ipsa recensione compertum est, linteo albo amictae *(mit weiss leinem Tuch überzogen)*, signatae erant suo quaeque numero et litteris F. P. C., etsi in epitaphio Fuggeri, quod olim in Ecclesia S. Spiritus legebatur (Kayser, *hist. Schaupl. von Heid.* p. 54; apud Wilken, *l. c.* p. 133), omisso Friderici nomine, dicitur Fuggerus, praeter alia legata, *bibliothecam pii exilii unicam comitem Palatinatui moriens* donasse. — Immodicus fortasse fuerit in codicum manu scriptorum gr. lat. hebr. augendo numero Ianus Gruterus. Quum autem in codice 1921 libri scripti ab impressis non segregentur, nihil ea de re explorati habere potuimus.

[2] De Egnatio fuse et copiose passim dixit Ambr. Firm. Didot in opera: *Alde Manuce et l'Hellénisme à Venise.* Paris 1875.

[3] Manetti vitam scripserunt: Vespasiano Bisticci, *Commentario della vita di Giannozzo Manetti* (ed. Fanfani). Torino 1862; Naldo Naldus, *Vita Jan. Manetti,* apud Muratori in *Script. rer. Ital.* T. XX, p. 252; G. Voigt, *Humanismus,* I, p. 324-339, 500 sqq. II, p. 50 sqq.; J. B. Réquier, *Vie de G. M., sénateur de Florence.* La Haye 1762.

rum supellectilem in bibliothecam Palatinam ex Fuggeriana devenisse, etsi ea de re nihil certi dici posse arbitratur Wilken, *l. c.* p. 121, n. 27.

§ 8. Eodem Ioanne Casimiro Palatinatum administrante, Fr. Sylburgium, Universitatis bibliothecarium, codices duodecim graecos, anno 1591, a Iulio Pacio de Beriga [1] emisse, qui Heidelbergae tum ius interpretabatur, ex catalogo eiusdem Sylburgii autographo compertum est, de quo vide infra (§ 11). Quot vero libris manu scriptis Ianus Gruterus, quem in demortui Pauli Melissi (sive Schedii) [2] locum anno 1602 suffecerat Fridericus IV, Palatinam adauxerit, taedet nos nihil certi habere. Id tantum probabili coniectura assequi possumus, Electori auctorem fuisse eum, ut aere pararetur nobilissimus Epigrammatum Anthologiae codex, numero 33 apud nos signatus, cuius exemplar aliud aliis in bibliothecis frustra quaesiveris [3]. Arguitur hoc praecipue ex alto Sylburgii silentio, qui nullam de hoc codice, sive in catalogo edito, sive in illo quem sua scripsit manu, mentionem iniecerit. Ceterum sciunt omnes, Claudium Salmasium tum iuvenem, per quem orbi litterarum primum innotuit, iam inde ab anno 1607 Heidelbergae assidua manu, commodante Grutero, Cephalae Anthologiam versasse [4]. In codice Vat. Pal. Lat. 1919, cuius pars prior “ *Inuentarium* „ exhibet, anno 1584 confectum, “ *librorum Ludouici* (VI) *Comitis Palatini* „ (a. 1576-1583), legitur postulatio, manu Gruteri, qui ei nomen suum adscripsit, exarata, qua ab *Illustrissimo Principe, Domino Electore* (Friderico IV) *et Domino clementissimo* petit

[1] In apochis, de quibus iam supra diximus, scribitur constanter *à Beriga* (v. Theiner *l. c.* p. 91). — De Iulio Pacio vide imprimis Tiraboschi, *Storia della Letter. ital.* T. VII, P. II, p. 144 sqq. ed. Florent. 1784; Berriot St. Prix, *Notice sur la vie et les ouvrages de* J. P. Paris 1840.

[2] De Schedio, clarissimo poëta, vid. J. Brucker, *Ehrentempel der deutschen Gelehrsamkeit.* Augsb. 1747, p. 148 sqq.; O. Taubert, *P. Sch. Leben und Schriften. Programm. des Gymnasiums in Torgau,* 1864; Hautz, *l. c.* II, p. 35, not. 87.

[3] V. de hoc codice, praeter alios, Valentinum Rose, in doctissima praefatione ad tertiam Anacreontis editionem, Lipsiae apud Teubnerum, 1868 (recusam a. 1876); et A. F. Didot, *Notice sur Anacréon,* Par. 1864, p. 38, *note* 4.

[4] Cf. Ios. Scaligeri epist. 431, XII Kal. Iun. 1607; Val. Rose, *l. c.* praef. p. III et XI, not. 5; E. Egger, *l'Hellénisme en France.* Paris 1869, I, p. 228 (ubi minus recte, culpa sane typographi, dicitur Salmasius Heidelbergae Anthologiam Cephalae anno 1616 invenisse); Ambr. Firmin Didot, *l. c.* p. 38, *note* 4; Chardon La Rochette, *Mélanges de critique et de philologie,* I, p. 293-297.

submisse, ni gravetur librorum, quos autumno praeterito comparaverit, *solutionem Domino Quaestori Ecclesiastico mandare,* utque potestas sibi fiat, instantibus proxime nundinis francofurtensibus [1], Bibliothecae Palatinae alios libros emendi, quorum indiculum postulationi subiungit. Eramus in spe magna, fore ut tandem aliquando in Anthologiae codicem incideremus, immemores prorsus iam extitisse eum in Palatina bibliotheca, priusquam scriberetur postulatio illa ad Fridericum, qui regnavit inter annos 1610-1623. Accedit quod in Gruteri indiculo de libris tantum editis sermo est, de manu vero scriptis ne verbum quidem.

Ex Iac. Bongarsii, clari nominis viri, cuius *Gesta Dei per Francos* pervagatissima sunt, locupletissima bibliotheca, utrum codices aliquot graeci necne ad Palatinam accesserint, valde apud nos ambigitur, etsi latinos aliquot eiusdem constat inter Palatinos inveniri (v. praef. ad codd. Pal. Latt.). Nonnullos contra Petavianos graecos, qui plurimi sunt in bibliotheca Vat. Regio-Alexandrina, fuisse olim Bongarsii, cuius librorum partem sibi aere parasse notum est Paulum Petavium, veri est simile; plerosque autem bibliothecae Bernensi ab Bongarsii haerede Iac. Gravisseto fuisse donatos, palam est ex I. R. Sinneri et Hermanni Hagenii eiusdem bibliothecae catalogis [2].

§ 9. Complures codices, cum scriptos tum impressos, latinos praesertim, in Palatinam ex variis monasteriis Palatinatus saeculo decimo sexto commigrasse

[1] Solebat Gruterus singulis fere annis Francofurtum se conferre, eodem consilio, ut libros bibliothecae Palatinae conquireret. Cf. Friederich, *l. c.* p. 37; Hautz, *l. c.* p. 39, not. 105. In cod. Vat. Pal. Lat. 1909, Gruteri scripto manu, alii continentur indices librorum typis editorum, quos idem nundinis francofurtensibus annis variis pro bibliotheca Palatina emerat. Plura habet ibidem Gruterus de se suaque locupletissima librorum supellectile. Vide de hoc codice, eiusque apografo Monachiensi (Hof-und Staatsbiblioth. Cod. lat. 10787), A. Ruland in ephemeride: *Serapeum,* n. 13, p. 187-195.

[2] Cf. *Catalogus* (in tomos III distinctus) *codicum mss. Bibl. Bernensis* etc. curante J. R. Sinner. Bernae 1760, tom. I, praef.; *Catalogus codicum Bernensium edidit, praefatus est* Hermannus Hagen. Bernae 1875, p. XI sqq. Vide etiam eiusdem librum inscriptum: *Jac. Bongarsius,* Bern 1874, et quae de eodem Bongarsio disseruit in ephemeride: *Zur Geschichte der Philologie und lat. Litteratur,* Berl. 1879, p. 53 sqq. Adde: E. Jahn, *Die Kunde und Benutzung der Bongarsischen Hs. in Bern.* 1878; G. C. Lothholz, *Commentatio de Bongarsio singulisque eius aequalibus,* Lips. apud Teub. 1857, et Vimariae, eodem anno; Hautz, *l. c.* II, p. 36.

(v. Riesmann. rediv. p. 98 sqq.; Hautz, *l. c.* II, p. 32), liquidum est ex codice Vat. Palat. Latino 1926, in quo varia manu et aetate describuntur libri omnes coenobiorum Casselensis, Weissenoënsis, Walderbachensis, Reichenbachensis, Spainshartensis, Michelfeldensis, demumque Waldsassensis [1].

Ex lautissima celebris monasterii Spanhemensis sive Sponhemensis bibliotheca, quae, studio imprimis et industria doctissimi Abbatis Trithemii, codicibus magno labore gravibusque expensis in Graecia et Italia comparatis [2] constabat, aliquot tantum libri manu exarati in Palatinam videntur transiisse, in quorum numerum referendum esse fortasse codicem graecum 398 arbitratur Wilkenius (*l. c.* p. 141), praestantissimum illum, omniumque rarissimum, anthologiam si excipias Constantini Cephalae. Moleste sane tulimus, inter tot librorum Palatinorum indices, nullum nos bibliothecae Sponhemensis deprehendisse, quo ea de re fieremus certiores.

Libros coenobii S. Nazarii Laureshamensis in bibliothecam Palatinam, una cum Dalburgii supellectile, receptos fuisse, iam supra dictum est (§ 5 extr.).

§ 10. Etsi quot exstiterint bibliothecae Palatinae varii locupletatores, satis exploratum habemus, arduum tamen est admodum de singulis codicibus quinam fuerint olim eorum possessores certa fide statuere. Quippe veritus Leo Allatius, ne immani codicum pondere Romam deferendorum plaustra mulique obruerentur, suis eos maximam partem exuit tegumentis sive involucris [3], quo factum est, ut possessorum nomina, praesertim Electorum,

[1] Cf. Mai, *Spic. Vat.* V, p. 215 et p. X. Inscribitur codex: *Catalogi librorum ex bibliothecis Monasteriorum in Palatina superiore.* Catalogus librorum coenobii Casselensis et Weissenoënsis confectus est, iussu Electoris Wolfgangi, anno 1556; Walderbachensis et Michelfeldensis a. 1563; Spainshartensis a. 1564; Reichenbachensis a. 1584 vel 1585; annus catalogi Waldsassensis omissus est in codice, cuius in fronte addidit manus Gruteri, ut videtur, sequentia: « *Hos* (libros) *iam pridem datos Melissus in Cancellariam misit anno 1600, die 20 Sept.* ».

[2] V. Trithemii *Chronicon monasterii Spanhemensis,* a Marquardo Frehero primum editum, pag. 395, 416; Friederich, *l. c.* p. 31 sqq.; Hautz, *l. c.* II, p. 35; Wilk. *l. c.* p. 138, 139. De fatis luctuosis bibliothecae Spanhemensis, cuius reliquiae tantum, Freheri tempore, apud Stauronesum (Kreuznach) adservatae supererant, confer eiusdem Freheri praefationem ad Trithemii opera (Francof. 1601), p. 3. De ipso Ioanne Trithemio, Abbate S. Martini Spanhemensis, dioecesis Moguntinae, vid. imprimis Fabricii *Bibl. latina* s. v.

[3] Cf. A. Theiner, *l. c.* p. 25.

plerumque interciderint. Solebant enim Electores, ut nonnullis ex communi excidio reliquis tegumentis edocemur, nomina sua, una cum gentiliciis vel insignibus, in eis incidere [1]. Nec peccatum est tantum ab Allatio, qui excusatione nimiae molis aliquatenus defendi possit, sed etiam a bibliopegis, qui, dum codices novis induerent involucris, nihil magis cordi habere viderentur, quam ut folia, quae praevia dicimus, abscinderent. Illud imprimis est quamobrem monasteriorum nomina, privatorumque, ut Rudolphi Agricolae, Dalburgii, Fuggeri, qui bibliothecam Palatinam libris suis ditaverant, omnino evanuerint. Certum est, nos in codicibus graecis, quorum folia singillatim omnia sedulo excussimus, eorum nomina nusquam offendisse. Dolendum est vehementer, Sylburgium, quem sane non fugerint, ea in catalogo suo codicum graecorum bibliothecae Palatinae constanter omisisse. Quod damnum aliquo tamen modo resarciri potest ex codice Vat. Pal. Lat. numero 1916 signato, qui indice clauditur, in litteram digesto, nominum rerumque [2]. Ex hoc enim indice, ab amanuensi bibliothecae Palatinae descripto, a Sylburgio et Grutero [3] hic illic suppleto et emendato, accipere videmur, quales fuerint codices Ottonis Henrici, quales Ioannis Baptistae Egnatii, Iannotii Manetti, Cyprianique (fortasse Leovitii illius, cuius scripta nonnulla inter codices Fuggerianos manu exaratos deprehendere meminimus). Quorum tamen virorum vocabula nunquam integris litteris, sed per compendium tantum significata videmus: *Hen. Egna. Manc. Cypr.* Quod si cui viro docto placeat magis ea sic interpretari, ut referenda sint potius ad pluteos, quam ad ipsos possessores, sententiae eius haud refragabimur, modo id nobis concedat, quod verissimum est, nobisque, col-

[1] De tegumentis splendidis, quibus codices suos ornandos curaverat Otto Henricus, confer C. C. Wundt, *Progr. de celeberrima quondam biblioiheca Heidelbergensi.* Heid. 1776, p. 19, not. 28; Wilken, *l. c.* p. 123, not. 30; Hautz, *l. c.* II, p. 33 et ibi not. 80.

[2] Omissi sunt perincommode, cum in hoc codice tum in plerisque illis quos supra passim laudavimus, foliorum numeri. Codex Vat. Pal. Lat. 1950 eundem exhibet in fine indicem, de quo supra.

[3] Adnotavit, praeter alia, Gruterus in fronte indicis, codicem Pal. 191, qui Diogenem Laërtium et Philostrati epistolas amatorias complectebatur, desiderari, sed olim exstitisse, in eiusque locum substitutum fuisse *interim* in catalogo a Sylburgio confecto alium codicem (illum nempe qui Phalaridis continet epistolas). Quum inter codices, quos recensuimus, nullus habeatur qui Diogenis vitas et Philostrati epistolas coniunctim praebeat, apertum videtur, codicem de quo loquitur Gruterus prorsus intercidisse.

S. Petri, Argivi Episcopi, vita. Inc. Καὶ πάντας μέν f. 25 v.

S. Irenes martyrium. Inc. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν f. 31 v.

S. Nicephori, Meidicensis Hegumeni, vita et agones. Inc. Πολλοὶ πολλάκις τὴν ἄμορφον f. 43.

S. Pelagiae martyrium in urbe Ciliciae Tarso. Inc. Τοῦ πρώην διωγμοῦ f. 52 v.

SS. Olbiani et sociorum martyrium. Inc. Κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους Μαξιμιανοῦ f. 59 v.

S. Io. Chrysostomi oratio in Iob f. 61 v.

S. Cyrilli, Hierosolymitani Archiepiscopi, epistola ad Constantium Imp. de Crucis signo in coelo viso f. 65.

S. Io. Chrysostomi encomia II in s. Ioannem Apostolum et Evangelistam, cognomento Theologum, I. f. 66 v. II. f. 67 v.

S. Arsenii Magni vita. Inc. Ἀστὴρ ἀειφανής f. 69.

S. Acacii martyrium. Inc. Τρίτον τοῦτο f. 77 v.

De Isaiae prophetia, morte et sepultura ὑπόμνημα in compendio, bis: primum f. 85, iterum f. 86.

S. Christophori martyrium. Inc. Ἔτους τετάρτου f. 89 v.

SS. Alphii, Philadelphi, Quirini et sociorum martyrium. Inc. Οὗτοι οἱ πανεύφημοι f. 98.

S. Epimachi Aegyptii martyrium. Inc. Τῶν καλῶς ἀθλησάντων f. 103 v.

S. Mocii martyrium. Inc. Ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει f. 107 v.

S. Epiphanii, Constantiae in Cypro Episcopi, vita. Inc. Ἐπιφάνιος γένος μὲν ἦν f. 111.

Polybii Episcopi in Epiphanium Episcopum (sic) f. 127 v.

Polybii Episc. ad Sabinum, Constantiae Episcopum, epistola f. 140 v.

Sabini ad Polybium epistola f. 141.

S. Germani, Patriarchae CPolitani, vita. Inc. Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ f. 142 v.

S. Glyceriae martyrium. Inc. Ἔτους πρώτου f. 143 v.

S. Alexandri Romani martyrium, fine mutilum. Inc. Ἐπὶ τῶν καιρῶν Μαξιμιανοῦ. — Clauditur codex fragmento de Ieremia, quod ad f. 1 spectare videtur.

28. Membr. in f. saec. X exeuntis, fol. 227. Priora folia (1-11) chartacea saec. XV.

S. Ioannis Chrysostomi in s. Matthaeum Homiliae XLII priores. Caeteras praebet cod. 30, cuius noster pars prior esse videtur.

29. Bombyc. in 4, saec. XIV exeuntis, litteris plerumque minutissimis, fol. 233.

Aristidis Orationes seu Declamationes, praeviis argumentis, cum scholiis in margine et glossis inter lineas:

I. Panathenaica f. 1.

II. Contra Platonem pro Rhetorica f. 27.

III. Contra eundem pro quatuorviris: Pericle f. 47 v. Cimone f. 54, Miltiade f. 55 v. Themistocle f. 58 v.

IV. Communis apologia (pro iisdem) f. 68. Inscripsit manus recentissima.
V. Ad Capitonem, Platonica tertia, f. 87 v.
VI. In Romam f. 91.
VII. Ad Romam κατὰ τῶν ἐξορχουμένων f. 97 v.
VIII. De comoediis abrogandis f. 100 v.
IX. Eiusdem argumenti Rhodiaca f. 102.
X. Ad Rhodios, de concordia, f. 106.
XI. In Alexandrum (Cotyaensem) funebris oratio f. 109 v.
XII. In Eteoneum funebris oratio f. 112.
XIII. In Smyrnam monodia f. 113.
XIV. Ad Marcum Aurelium et Lucium Commodum epistola pro Smyrna eversa restauranda f. 113 v.
XV. In Smyrnam et Smyrnae instaurationem Palinodia f. 114 v.
XVI. Smyrnaica civilis oratio f. 115 v.

Thucydidis Historiae libri VIII; cum raris admodum in margine scholiolis f. 117.

30. Membr. in f. saec. X, fol. 253, binis columnis; folia passim suppleta saeculo XIII.

S. Ioannis Chrysostomi in S. Matthaeum Homiliae XLVI-XC. Pars altera videtur codicis 28.

31. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 145, quorum 1-39 sine scriptura. Olim Ioannis Baptistae Posthumi de Leone.

Galeni de Simplicium medicamentorum virtute, libri III-VI et IX-XI. Liber III initio mutilus. Libri XI plura in medio desiderantur. Caeteri aliquot foliis mutilati.

32. Membr. in f. duabus columnis, saec. X, exceptis fol. 1-36 saec. XI, fol. 181.

S. Ioannis Chrysostomi in s. Ioannis evangelium Homiliae XLVIII, quarum postrema fine mutila.

*33. Duo erant olim codices hoc numero signati, qui utrique desiderantur. Prior, quem unum unus memorat Sylburgius, nec unquam fortasse viderit Leo Allatius, Euthymii Zigabeni continebat Panopliam dogmaticam, cuius desiderium facile supplebunt codd. Pal. 200, 274 et 345. Alter nobilissimus, Sylburgio prorsus ignotus, ut ex catalogo eiusdem autographo (cod. Pal. Lat. 429 *bis*) apparet, emptus postea, auctore, ut videtur, Jano Grutero, qui post obitum Sylburgii (a. 1595) custodiae bibliothecae Palatinae praefectus fuit (a. 1602), com-

plectitur Anthologiam Epigrammatum a Constantino Cephala conditam. Constat hic codex, qui in Euthymii locum deinde suppositus fuit, partibus binis, quarum altera maior (p. 1-614), numero notata antiquiore 23, Bibliothecae Heidelbergensi anno 1816 reddita est; altera minor (p. 615-709), numero 33, adhuc Parisiis, quo utrumque olim volumen a Gallis victoribus a. 1797 Roma delatum fuit, adservatur (cod. Paris. *Suppl. gr.* 384). Recensuerunt, ut de innumeris virorum doctorum scriptis taceamus: Leo Allatius in scheda catalogo Sylburgiano manuscripto inserta: Catalogus ms. Pal. Vaticanus, Emmanuelis a Schelstrate auspiciis, a Iosepho de Iuliis et p. Iosepho de Camillis, Scriptoribus vaticanis, graece confectus, sub n° 33, nullo duorum voluminum facto discrimine: imperfecte Hasius (apud Dübner, *Anth. Pal.* p. XII sqq.), et breviter demum Wilkenius (*Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten Heidelbergischen Büchersammlungen*, Heidelberg 1817, p. 275 sq.), a quo ea quae ad aetatem et indolem prioris codicis partis spectant, paucis absolvenda, mutuamur. Notandum enim est alteram codicis partem et Hasium et Wilkenium latuisse, ut ex paginarum numero 614, quem praebet uterque, compertum est.

Codex membr. bipartitus, in fol. min. saec. XI, pagg. 709. Duae potissimum manus in parte priore facile distinguuntur. Altera gracilior et paulo recentior priores scripsit pagg. 452: reliquas altera spissior et antiquior. Tertia manus itidem vetusta exaravit septem epigrammata (p. 568), quae cuncta iam passim in cod. occurrunt. In extremo volumine I, quod Timocreontis Rhodii epigrammate clauditur, legitur Leonis Allatii manu, ut videtur, scriptum: τὰ λοιπὰ ἴδε ἐν κώδ. λγ'. Ceterum vid. de hoc codice et de eius apographo Barberiniano Fr. Iacobs in Anthol. gr. Prolegg. (*Antholog.* T. VI p. LXI sq. et CXLVIII sq.).

(Anthologia Palatina), vol. I, nunc Heidelbergae, n. 23:

Pauli Silentiarii, Cyri filii, ἔκφρασις ecclesiae S. Sophiae et ambonis p. 1, 32. — Ex indice graeco vetusto Anthologiae praefixo (folia quatuor membr. sine numeris) colligitur Pauli ecphrasi anteisse olim in codice Nonni Panopolitae ἔκφρασιν Evangelii S. Ioannis.

S. Gregorii Nazianzeni epigrammata selecta p. 40.

Epigrammata christiana in aedes et imagines sacras p. 49.

Claudiani, Agathiae, Menandri προτίκτορος epigrammata p. 53, 54, 59.

Christodori, poetae Thebani, descriptio statuarum Gymnasii Zeuxippi p. 64.

Meleagri, poetae Palaestini, Corona epigrammatum p. 81.
Agathiae, scholastici Myrinaei, epigrammatum Sylloge p. 83.
Stratonis Sardiani Musa puerilis p. 569.
Epigrammata vario metro Philippi, Phaedimi, Theocriti, Anacreontis, Phalaeci, Callimachi, Theodoridae, Simonidis, Hegesippi, Parmenontis, Asclepiadis, Timocreontis p. 608.
Vol. II, nunc Parisiis, *Suppl. gr.* n. 384:
Epigrammata arithmetica et aenigmatica p. 615.
Ioannis, grammatici Gazae, descriptio tabulae cosmicae p. 644.
Descriptio imaginis cosmographiae p. 665.
Theocriti Syrinx f. 670.
Simmiae Amoris alae p. 672.
Dosiadae Ara p. 674.
Besantinoi Rhodii Ovum hirundinis et Securis p. 675.
Anacreontis Teii Symposiaca p. 676.
S. Gregorii Naz. Carmina selecta p. 692.
Anastasii, Ignatii, Arethae, Constantini, Theophanis et aliorum epigrammata p. 694.

34. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 143; initio et fine mutilus.

(Aristotelis Organon, seu potius Organi pars, in quo): I. Categoriae f. 8; praeit, f. 1, Porphyrii Isagoge primis foliis orbata. Inc. . . . . κατ' ἐκείνων ἐξ ἀνάγκης τὸ τοῦ εἴδους γένος, — II. De Hermenia f. 32, — III. Analyticorum priorum libri II f. 49 v. 103 v. Liber II fine mutilus. — Sunt in marginibus scholia et schemata. Non pauca in hoc codice transposita, quaedam lacerata; folia 114-120 a bibliopego inversa.

35. Membr. in 4, saec. X (f. 1-95), et bombyc. saec. XIV, partim binis columnis, fol. 173, quorum membranacea in fine lacera.

(Menologium per varios menses):
Fragmentum, initio mutilum, ex vita S. Euphemiae. Inc. . . . ὑποχωρήσατε (cod. -ἴσαται), ἄνθρωποι· οὐ γὰρ ἁπλῶς f. 1.
S. Ioannis Apostoli et Evangelistae Peregrinationes (περίοδοι), a Prochoro discipulo eius conscriptae. Inc. Ἐγένετο μετὰ χρόνον τινὰ μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι f. 1 v.
S. Ioannis Damasceni monachi sermo in Christi Nativitatem f. 32 v.
Eiusdem sermo de iis qui in fide obdormiverunt, quomodo Liturgiis et eleemosynis, quae pro ipsis fiunt, adiuventur f. 38 v.
SS. Chrysanthi et Dariae, qui Romae passi sunt, martyrium. Inc. Τὴν ἱστορίαν τῆς ἀθλήσεως f. 46.
S. Gregorii Naz. oratio de caritate erga pauperes, initio mutila, f. 49.
Eiusdem in CL Episcoporum conventum oratio f. 58 v.

Ex S. Gregorii Papae Dialogis historicis ad Petrum Magnae Ecclesiae Archidiaconum, Quod defuncti eleemosynis, precibus et oblationibus, quae pro ipsis fiunt, magnopere iuventur, (interprete Zacharia papa romano,) f. 66.

S. Pelagiae vita τῆς ἀπὸ ἑταιρίδων (cod. αἰτερήδων) ἀσκησάσης, seu quae ex vita meretricia ad christianae sanctitatis exercitium se convertit. Inc. Τὸ γενόμενον σήμερον, μᾶλλον δὲ θαῦμα ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν f. 73 v.

S. Ioannis Chrysostomi Homiliae VI:

I. In Calendas, in ebriosos et ganeones: quodque de discipulis etiam non morigeris desperandum non sit, et in Lazarum mendicum f. 78.

II. In Lazarum Homilia secunda f. 89 v.

III. In S. Ioannis Praecursoris capitis abscissionem, et Herodiadis saltationem f. 124.

IV. In Christi Transfigurationem f. 130.

V. In eandem altera f. 139.

VI. In S. Crucis inventionem f. 163.

Pantaleonis, Archidiaconi et Magnae Ecclesiae Chartophylacis, de Michaëlis Archangeli miraculis narratio. Inc. Μεγάλαι καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι f. 96.

(In S. Stephanum protomartyrem oratio). Inc. Πάντες μὲν τῶν μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι f. 128.

S. Cyrilli Alexandrini oratio in Christi Transfigurationem f. 133 v.

Procli, Archiepiscopi CPolitani, oratio in eandem f. 136.

S. Andreae Hierosolymitani, Cretensis Episcopi, orationes II in S. Deiparae dormitionem, prima f. 141, altera f. 157 v.

S. Germani, Archiep. CPolitani, in eandem orationes II, prima f. 146, altera f. 150.

Eiusdem in S. Deiparae oblationem, qua a parentibus triennis in Templo praesentata est; fine mutila, f. 170.

Alexandri, monachi Historiographi, de Inventione S. Crucis encomium historicum. Inc. Κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὁ τῆς Αἰλίας ἐπίσκοπος Μακάριος f. 165.

*36. Deerat iam temporibus Leonis Allatii. Inerant, ut ex catalogo Sylburgiano patet: I. Theodoreti Historia Ecclesiastica, manca a cap. XXI libri II usque ad cap. IX libri V, — II. Delecta ex Basilicorum LX libris, ordine litterarum digesta. Pleniora haec in codd. 8 et 13.

37. Membr. in f. saec. XI, fol. 104; fine mutilus.

(Menologii pars):

S. Mariae Aegyptiae vita. Inc. Μυστήριον βασιλέων κρύπτειν καλὸν f. 1.

Prochori, unius ex VII diaconis, patruelis (ἀνεψιοῦ) Stephani protomartyris, de (S. Ioanne) Theologo et Evangelista (narratio). Inc. Ἐγένετο μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν f. 28 v.

S. Amphilochii, Iconiensis Episcopi, in S. Basilii vitam et miracula (oratio), fine mutila, f. 85.

38. Membr. in 8, saec. XII, fol. 351; initio mutilus.

S. Pauli Ap. peregrinatio (et martyrium). Inc. Ἀπὸ Δαμασκοῦ ἤρξατο f. 1 v. — Praeit fragmentum, initio mutilum, epistolae S. Pauli ad Timotheum (II, iv, 17).

Ex Hippolyti Thebani Chronicis (adnotatio de S. Iacobo Maiore, fratre Domini). Inc. Ἰάκωβος ἐπίσκοπος πρῶτος Ἱεροσολύμων f. 3.

Apostolorum Acta, praeviis argumento generali, Apostolorum nominibus, et brevi capitum expositione, f. 9.

Epistolae Canonicae, cum prologo, argumentis, et capitum expositione: — Iacobi f. 100, — Petri Iª f. 110, IIª f. 120 v. — Ioannis Iª f. 128 v. IIª f. 138, IIIª f. 139 v. — Iudae f. 142.

S. Pauli epistolae XIV f. 148.

39. Bombyc. in 8, saec. XIII-XIV, bina scriptus manu, fol. 175.

S. Dionysii Areopagitae opera, cum prologo, scholiis in margine, epigrammatis, et alicubi indice:

I. De Hierarchia coelesti f. 10. Praeeunt: i. Scholia nonnulla f. 1: — ii. Prologus f. 1 v.: — iii. Fragmentum ex Chrysostomo de Paracleto. Inc. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος f. 7: — iv. Epigramma in S. Dionysium f. 8.

II. De Hierarchia Ecclesiastica f. 36.

III. De Divinis nominibus f. 81.

IV. (Gregorii Nazianzeni Carm. xxix) Ὕμνος θεῖος, heroicis versibus conscriptus. Inc. Ὦ πάντων ἐπέκεινα, τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν f. 138 v.

V. De mystica Theologia f. 139 v.

VI. Epistolae X, quarum priores IV ad Gaium, postrema ad Ioannem Evangelistam in Patmum insulam relegatum f. 144.

Hierothei sanctissimi locus ex Theologicis elementis f. 89 v.

Eiusdem ex Hymnis Eroticis f. 98 v.

Ex epistola Polycratis Diadochi, (Ephesi) Archiepiscopi, ad Victorem Diadochum et Magnae Romae Archiep. f. 162 v.

Basilii Magni ad Gregorium Theologum Quaestiones de argumento ecclesiastico et de sacerdotibus, cum responsionibus Gregorii; binis columnis, f. 163 v.

Michaëlis Pselli Responsiones ad diversas quaestiones Theologicas, ad Imp. Michaëlem Ducam, fine mutilae, f. 169.

*40. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 252. Ex codd. Vaticanis, olim Parisios translatis, deinde redditis bibliothecae Universitatis Heidelbergensis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, et Wilkenius (p. 276); omisit Hasius in *Comment. de codd. graecis Vaticanis Parisios translatis* (cod. Paris. *Suppl. Gr.* 811), quod opus laudamus ad fidem apographi Vaticani.

SOPHOCLIS Tragoediae III, nempe Aiax initio mutilus f. 2, Electra f. 10, Oedipus Tyrannus f. 20, cum metaphrasi passim inter lineas.

PINDARI Olympia et Pythia, cum scholiis in margine, et metaphrasi inter lineas, f. 31 et 43.

DIONYSII PERIEGETAE Orbis descriptio f. 57.

LYCOPHRONIS Alexandra, cum glossis inter lineas, et Isaaci Tzetzae prologo et scholiis f. 65.

OPPIANI Halieuticon libri V, praevia eius vita, cum glossis et scholiis f. 87.

ARATI Phaenomena atque vita, cum glossis passim inter lineas; deest folium ab initio, f. 111.

HOMERI Boeotia, sive Iliadis rhapsodia II, cum prologo et paraphrasi, f. 128.

Eiusdem Ilias, cum metaphrasi et scholiis passim adscriptis, atque vita Homeri; Deorum nomina allegorice interpretata in fine Rhaps. M, f. 146.

GEORGII CHOEROBOSCI Tractatus de Tropis poeticis f. 248.

41. Membr. in 4, saec. X, fol. 388.

PALLADII Helenopolitae ad Lausum (cod. Λαύσονα) Praepositum Historia, vitas (CI) complectens SS. PP. praevio indice, f. 8 v.

Eiusdem monachorum Aegyptiorum (XXVI) historia, praevio indice, f. 222.

CASSIANI Abbatis de Regulis in coenobiis Aegypti et Orientis vigentibus, deque eorum vitae instituto libri XII, f. 337.

S. NILI de Oratione capita CLIII f. 364 v.

42. Bombyc. in 4, saec. XIV exeuntis, fol. 105.

EURIPIDIS tragoediae III, cum argumentis, scholiis in margine et glossis inter lineas:

I. Hecuba, praevia poetae vita, omisso argumento, f. 2.
II. Orestes f. 30.
III. Phoenissae f. 66. — Deest folium.

(De Pedibus metricis); compendium est tabulae instar, f. 105.

Synopsis mensium apud Romanos, Aegyptios, Hebraeos, Macedones, Cappadoces et Cyprios f. 105 v.

* 43. Bombyc. in 4, saec. XV, fol. 93. Ex iis qui Parisios translati, dein Heidelbergae redditi sunt. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, et Wilkenius (p. 276). Omisit Hasius.

THEODORI PRODROMI Grammaticae Artis compendium. Inc. Καθάπερ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα f. 1.

» De Rhodanthes et Dosiclis amoribus libri IX, iambico metro, f. 39.

» (Poematia varia, vario argumento et metro conscripta): I. Ad Imp. (Io. Comnenum) Persarum debellatorem, (inscriptio prolixa). Inc. Οὐδέν τι βιαιότερον f. 88: — II. Ad eundem. Inc. Ἀνάτειλον, φανώτατε (sic pro φανότ.) Ῥωμαίων f. 90: — III. De horto. Inc. Ὁρῶν, θεατά, τοῦ φυτῶνος f. 90: — IV. In Isaacum Comnenum. Inc. Ἥλιε ἀστεράναξ f. 90: — V. Carmen funebre in uxorem Nicephori Bryennii. Inc. Οὐκ οἶδα πῶς ἐξοδεύσω τὸν λόγον f. 91: — VI. Logothetae Stephano τῷ Μέλητι. Inc. Σῶτερ ἐμέ f. 92: — VII. Epigramma in sepulchrum Imp. Ioannis Comneni. Inc. Τὸν θετταλόν f. 93.

» In annulum, cui signum erant duo amantes, e quorum pectoribus duae prognatae arbores, cacumina in corymbum connexuerant, poematium iambicum. Inc. Ἐκ τῶν ποθούντων f. 36.

PROCLI Platonici liber de Epistolico charactere. Inc. Ὁ μὲν ἐπισταλτικὸς χαρακτὴρ f. 34.

PHOCYLIDIS poema (gnomologicum). Inc. Ταῦτα δίκης ὁσίῃσι f. 83.

MUSAEI Grammatici poema de Herus et Leandri amoribus f. 85.

44. Membr. in 4, fol. 245. Exaravit anno Chr. 897 Leo tabularius Monobasiensis, litteris uncialibus, ita tamen ut, in singulis psalmorum versibus, pars altera minusculis describatur. Accentus prima manu signati, rarissime desunt. Folia 10-17 suppleta manu saec. XIV.

PSALTERIUM, cum argumentis et brevi paraphrasi. Psalmis praefigitur rubrica, quae constanter incipit a verbis ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει.

Subscriptio calligraphi in extremo codice, uncialibus litteris grandioribus: ὡς ἰδὺ (l. ἡδὺ) τοῖς πλέουσιν εὔδιος λιμήν, οὕτως καὶ τοῖς γράφουσιν ὁ ὕστατος στίχος· ἐγράφη οὖν ἡ παροῦσα δέλτος τοῦ ἑρμηνευτοῦ ψαλτῆρος διὰ χειρὸς λέωντος (sic) ταβουλαρίου μονοβασίας μηνὶ αὐγούστῳ. κη̅. ἡμ. β̅. ἰνδ. ἔτους ,ϛυε̅. ὁ ἀναγινώσκων εὔχου μοι διὰ τὸν κύριον ὅπως λυτρωθῶ τοῦ πυρὸς τῆς γεαίννης (sic). Ex numeris ,ϛυε̅ integer tantum superest ε̅; duorum tamen priorum vestigia ea sunt, ut dubitari nequeat, quin legendum sit ,ϛυ̅. Folio ultimo codicis, subscriptionis integrae latina interpretatio, manu recenti. — Folio 113 v. duo leguntur aenigmata, manu posteriore, et quidem bis scripta, quorum primum incipit ζῶον μικρὸν πέλω, alterum, ζῶον χαμερπὲς ἡμῖν.

*45. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 234. Ex codd. Vaticanis olim Parisios translatis, dein Heidelbergae redditis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, Hasius (p. 188) et Wilkenius (p. 277). Homeri Odysseam et Batrachomyomachiam excipiunt notae annorum 1201, 1202, cum subscriptione Palagani, filii Pelegrini comitis Hydruntini, diversi omnino a Pelecano illo de quo Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* p. 107. Subscriptio autem videtur ex archetypo transcripta.

HOMERI Odyssea, cum argumentis et scholiis passim, f. 1.

» Batrachomyomachia f. 225. — In fine, librarii subscriptio: ἐγράφη χειρὶ παλαγάνου υἱοῦ πελεγρίνου κόμητος τοῦ ἀπὸ τῆς ἰδρου (sic pro ὑδροῦντος) μηνὶ ὀκτωβρίῳ τῆς ἰνδ. ε̄. εἰς τὴν η̄. ἡμέραν ἔτους ͵ϛψι· εἰσὶ δὲ οἱ στίχοι τῆς βατραχομυομαχίας σπ̄. Odyssea clauditur altera veteris librarii subscriptione, cuius anni notam satis est referre: δισχιλί' ἐτέων προθεόντων ἑπτακοσίων εἰνάτῳ ἐπὶ τοῖς γ' ἔτει, συνέποντι νὺ μᾶλλον μηνὶ ἂρ αὐγούστῳ ἰνδικτιόνι ιε̄ τετάρτῃ.

ISAACI TZETZAE argumentum totius Odysseae, praevia alia eiusdem poematis hypothesi. Inc. Μετὰ τὴν ἅλωσιν f. 230. Sequitur tertia (ex I. Tzetzae commentario in Lycophronem). Inc. Μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν f. 231 v. — In imo f. 233 iambi leguntur calligraphi, in codd. frequentes: ὥσπερ γεωργὸς τοὺς στάχυς ηὐξημένους || (ὁρῶν), γᾶνός τι λαμβάννει (sic) τῇ καρδίᾳ, || οὕτως ὁ βίβλον συμπεραίνων ἐν κόπῳ.

Nonnulla de hominis septem aetatibus. Inc. Αἱ μεθηλικιώσεις f. 233 v.

Quot virtutes deceant imperantes. Inc. Τὸ συμπαθητικόν f. 234.

Ex Zenodoti Philetaeri libello de Vocibus et sonis. Inc. Τὸ κεκραγέναι ἀνθρώπων f. 234.

46. Bombyc. in 8, saec. XIII, fol. 399, quorum primum et ultimum manu posteriore.

S. IOANNIS DAMASCENI Lexicon etymologicum, e diversis scriptoribus collectum et emendatum, litterarum ordine digestum. Inc. Ἄ, ἐπίρρημά ἐστιν ἐκπληκτικόν. Ἄατος, ὁ ἀβλαβής· ἄτη γὰρ βλάβη. Des. Ὠψίσθη, ἐβράδυνεν· ὠψωνηκότες, ὀψωνήσαντες δὲ μικρόν.

*47. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 347, in tomos duos divisus. Ex codd. Vaticanis, primum Parisios translatis, dein Heidelbergae redditis. Descripserunt Sylburgius, Cat. Pal. Vaticanus, Hasius (p. 193) et Wilkenius (p. 277). Subscripsit librarius f. 187 v. tomi I: « *Scrips. Paul. Decan(aleus* seu *Decanalis) Ven. Patr. Venet. MDVI. XI. Cal. Maias. perfec.* » et f. 347 v. tomi II: « *Scripsit Paul. Decan. Ven. Patrit. Venetiis MDV. XI. Cal. Sept. perfec.* ». Leguntur in hoc cod. passim latino

sermone adnotatiunculae, emendationesque ex coniectura, manu ipsius Decanalei.

ATHENAEI Naucratitae Deipnosophistarum libri XV, sic, ut solet in codd. ut duo priores omnino desint, cum tertii principio.

48. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 153.

DIOSCORIDIS (PEDANII, seu PEDACII, de Materia medica) libri II-VIII, cum scholiis alicubi in margine. — Inscriptiones desunt libb. IV-VIII. Liber II incipit a cap. LIV: Ἡ πολυπόδιον, ἄγει δὲ πάχος ὠμόν, γλοιῶδες. Liber VI ipsi auctori erat ultimus: Ἐν τούτῳ τῷ τελευταίῳ ὑπάρχοντι τῆς ὅλης πραγματείας. Liber VIII clauditur verbis: δεῖ ἐς σαρκῶν μὲν δύο μέρη βάλλεσθαι, ἄρτων ἐς ἕν.

49. Membr. in f. saec. IX exeuntis, binis columnis, fol. 260, quorum 177-182, rescripta ac lectu difficilia, videntur saec. X. — Tribus foliis prioribus insunt:

I. Fragmentum Officii ad Triodium, ut videtur, spectantis. Incipit ab Oda octava canonis cuiusdam κατανυκτικοῦ: ὁ μετὰ ἀνόμων λογισθῆναι· διὰ πλῆθους ἐλέους. Clauditur initio canonis S. Iosephi (Thessalonicensis): ὄμβρισον ἡμῖν· συγχώρησιν πταισμάτων.

II. Index in Gradus XXX S. Io. Climaci.

Vita S. Ioannis Abbatis Sinaitae, cognomento Scholastici, compendio scripta (a DANIELE Rhaitheno monacho) f. 3 v.

(S. IOANNIS SCHOLASTICI, vulgo CLIMACI, Orationes XXX de totidem virtutibus quibus ceu gradibus ad coelum adscenditur) f. 8. — Hic illic adnotatiunculae A. Maii, cum codicis 91 variis lectionibus.

S. MAXIMI de Caritate, ad Elpidium presbyterum, Hecatontades (seu Centuriae) quatuor, praevio prologo, f. 183 v.

Eiusdem Capita XV. Inc. Ἕν ἐστι τὸ ὑπεράναρχον f. 232.

Eiusdem Sermo asceticus, per interrogationem et responsionem, f. 236.

S. NILI de Oratione capp. CLIII, quorum tamen initium tantum superest, sequentibus foliis avulsis, f. 260.

50. Chart. in f. saec. XV et XVI, bina scriptus manu, fol. 362.

POLYBII Historiarum epitome, a lib. VII usque ad XVIII, et quaedam insuper folia e praecedentibus foliis repetita, f. 3. — Liber XIII in medio et fine lacunis laborat. Liber XVIII eadem praebet, cum variis lectionibus, quae in libro XVII, f. 145 v. leguntur, a verbis ἐγὼ δὲ κατὰ μὲν τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπών· ὅτι λαβὼν τὸν ἁρμόζοντα χρόνον. Folio 155 v. eadem habentur quae f. 54 in libro X, scil. a verbis κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινές. Eadem denique quae f. 157 v.

περὶ Μηδίας inscribuntur, inveniuntur f. 153 v. Folia 158 v.-161 sine scriptura.

Laonici (Chalcondylae) Atheniensis historiarum ἀποδείξεις, seu libri X (de rebus Turcicis), manu saec. XVI, f. 162. — Haec codicis pars, cum priore consarcinata, habebat olim suos foliorum numeros, ad illos Polybii postea accommodatos. Libri V, VI, f. 232 v.-279 v. inscriptionibus carent.

51. Chart. in f. saec. XVI, fol. 329, quorum 1-52 scripta anno Chr. 1549; madore in fine valde deturpatus.

Appiani Historiae Romanae Ἀννιβαϊκή f. 1.

Eiusdem Ἰβηρική f. 19 v. — Subscriptio librarii f. 52: τέλος τῆς Ἰβηρικῆς· ἔτει ͵αφμθ΄. ὀκτωβ. λα΄. Folia 52 v.-56 sine scriptura.

Eunapii Sardiani Vitae Philosophorum et Sophistarum, cum prooemio, f. 57. — Prima Plotini, postremae Epigoni et Veroniciani. Nomen auctoris legitur tantum in clausula vitae ultimae.

Theophrasti liber de Sensibus f. 103. — Monet A. Mai in marg. editum fuisse ab Henr. Stephano in Aristotelis et Theophrasti opusculis, a. 1557.

Themistii Sophistae et Eparchi orationes VI:

I. De fortunam adversam expertis sub Valente Imp. f. 119.

II. De pace, ad Valentem, f. 127.

III. Adhortatoria, ad Valentinianum iuniorem, f. 133.

IV. Consularis, ad Iovianum Imp. f. 137.

V. Ad Constantinum Imp. f. 140 v.

VI. Εὐχαριστήριος ad Imp. qui eum Senatui commendaverat f. 147.

Nicephori Gregorae in Synesii de Insomniis librum commentarius, cum protheoria seu praefatione, f. 155.

Scholia in Aeschinis orationes III:

I. Contra Timarchum. Inc. Οὔτε γραφὴν γραψάμενος: ἤγουν κατηγορίαν ἀποθέσασθε (sic)· γραφὴν μέν f. 185.

II. De falsa legatione. Inc. Ὑπολογιζομένους: κατασκευή: τοῦτο λέγει, ὅτι συνειδὼς ἑαυτῷ f. 193 v.

III. Contra Ctesiphontem. Inc. Τὴν μὲν παρασκευήν: τῶν παρακεκλημένων σπουδήν f. 206 v.

Scholia in Aeschyli tragoedias IV:

I. (In Prometheum vinctum). Inc. Τηλουρόν· τὸ τῆλε καὶ μακρὰν τῶν ὁρίων f. 225.

II. In Septem ad Thebas. Inc. Κάδμου πολῖται· ὁ Ἐτεόκλης προλογίζει καὶ παρασκευάζων f. 257 v.

III. In Persas, praemisso argumento. Inc. Τάδε μὲν Περσῶν· τοῦτο δεικτικῶς, οἷόν φησί τις πρὸς ἑαυτόν f. 288.

IV. (In Agamemnonem), omissis verbis Aeschyli. Inc. Τὸν (sic) κατὰ τὸ μῆκος τῆς ἐτείας φρουρᾶς f. 315 v.

52. Chart. in f. varia manu saec. XVI, fol. 165.

APOLLODORI Atheniensis Grammatici Bibliothecae libri III; finis deest, ut in edd. f. 1.

ACHILLIS TATII Alexandrini, de Leucippes et Clitophontis amoribus libri VIII f. 62. — Octavus fine mutilus clauditur medio capite XVI, et quidem verbis καὶ ταύτην ἀποσκευάσαντες, ἔρριψαν ὁμοίως.

Prolegomena in Aristidis vitam et Artem rhetoricam. Inc. Τρεῖς φοραὶ ῥητόρων γεγόνασιν f. 133.

Scholia in eiusdem orationem Panathenaicam. Inc. Νόμος ἐστὶ τοῖς ἔθνεσιν f. 135.

(Scholia in eiusdem pro Quatuorviris orationem). Inc. Παραιτεῖσθαι μέν· παραιτεῖσθαί ἐστι τὸ συγγνώμην αἰτεῖν f. 141.

53. Chart. in f. saec. XVI, fol. 326. Usque ad f. 55 numeri sunt paginarum; abhinc foliorum.

HERMETIS TRISMEGISTI opuscula varia:

I. Poemander (cod. ποιμάνδρης) p. 1.

II. Ad Tatum, sermo universalis p. 7.

III. Sermo sanctus p. 9.

IV. Ad filium Tatum, sermo inscriptus Crater, seu unitas, p. 10.

V. Ad eundem, Deum invisibilem omnibus esse quam maxime conspicuum p. 13.

VI. (Ad Asclepium), in solo Deo bonitatem esse, alias vero nusquam p. 15.

VII. Dei ignorantiam maximum esse in hominibus malum p. 17.

VIII. Nullam interire substantiam p. 18.

IX. De motione et sensu, et in Deo solo consistere pulchrum et bonum, (ad Asclepium), p. 20.

X. Clavis, (ad Asclepium), p. 22.

XI. De mente, ad Hermetem, p. 28.

XII. De mente (cod. περὶ τοῦ κοινοῦ pro νοῦ), ad Tatum, p. 34.

XIII. Ad filium Tatum, sermo arcanus de palingenesia et silentio (pro σιγῆς praebet cod. γῆς), p. 39.

XIV. De hymnodia arcana, sermo alter, p. 43.

XV. Ad Asclepium epistola p. 44.

XVI. Asclepii ad Ammonem regem definitiones de Deo, de anima, de fato, de sole, de substantia intelligibili, de essentia divina etc. p. 47.

XVII. De anima corporis affectibus irretita p. 51.

XVIII. Περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος, et encomium regis p. 53.

EUSEBII Pamphili in Constantinum Imp. Oratio tricennalis (id est in Constantini ludos tricennales), in partes duas distributa, f. 59.

THEONIS Smyrnaei Platonici Expositio rerum mathematicarum ad

legendum Platonem utilium f. 97. — Est pars prior tantum, quae concluditur verbis: λείπεται δὲ μνημονεῦσαι στοιχειωδῶς καὶ τῶν κατ' ἀστρονομίαν. Deest pars altera de Astronomia, ut etiam in cod. 303. Tituli capitum litteris rubris distincti.

MAXIMI Tyrii Sophistae et Philosophi Dissertationes (cod. λόγοι) XLI f. 136.

EUNAPII Sardiani Vitae Philosophorum et Sophistarum, cum prooemio, ut in cod. 51, f. 259.

STEPHANI scholia in Aristotelis Rhetoricam. Inc. Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ὀλίγα τὰ ἀναγκαῖα· ἅπαξ εἰπὼν τὰ κατὰ τὴν ῥητορικὴν f. 298.

54. Chart. in f. saec. XV-XVI, fol. 341.

GALENI ad Glauconem Therapeuticorum libri II f. 1.

Eiusdem de locorum affectorum diagnosi libri VI f. 24.

Eiusdem de compositione medicamentorum secundum locos libri X f. 103 v.

Eiusdem de febrium differentiis libri II f. 308.

55. Chart. in f. saec. XVI, fol. 300; cum adnotatiunculis passim A. Maii.

BASILII, LEONIS et ALEXANDRI Impp. Iuris (utriusque) Epitome in titulos XL digesta, cum prooemio, scholiis et indice, f. 4. — Monet in margine A. Mai, Leoni philosopho tribui hanc epitomen in cod. 19.

Rhodiae leges, ex XIV Digestorum libro, f. 51.

IUSTINIANI Imp. leges de definitionibus, ex XLII Digestorum libro, f. 54.

De militaribus poenis, e RUFI libris et ex Tacticis; sequuntur alia de Termini motione, alienique fundi usurpatione, ex Iustiniani Digestis, f. 55 v.

E Digestis et Codice excerpta varia, item de Nuptiis licitis et vetitis, f. 56 v. et 59.

Excerpta varia ex Canonibus synodicis, cum expositione, f. 60 v.

IOANNIS ZONARAE, Vigilum magni olim Drungarii et primi a Secretis, in Apostolorum Canones commentarii f. 67.

S. BASILII, et septimi Concilii Oecumenici Canones, cum expositione, f. 79 v.

Concilii Carthaginensis canones, omissa expositione, f. 81 v.

Legum (seu Iuris) epitome a Leone et Constantino Impp. selecta ex Institutionibus, Digestis, Codice, Novellis Iustiniani, titulis LXIII comprehensa, quorum postremus de Pactis et Conventis; cui subiecta alia quaedam, et de Connubiis, et de Consecratis tum rebus tum personis, f. 85.

Rhodiorum Ius navale, quod Hadrianus, Tiberius, Lucius Septimius Severus, Pertinax, Impp. semper augusti, sanxerunt, ex XIV Digestorum libro, f. 91.

Leges rusticae, seu agrariae, selectae ex Iustiniani libris (sic), f. 92.

Excerpta ex LEONIS Romanorum (i. e. Graecorum) Imp. Novellis f. 223.

Apostolorum Canones iterum, et alia quaedam Iuris Canonici, inter quae, de Patriarchalium sedium ordine; cum monito A. Maii in margine, f. 250.

Mosaicae legis capita (in quibus X praecepta distincta sunt) f. 255 v.

De Episcopis, clericis, monachis, rebusque religiosis, tum de Iudaeis et Haereticis collectanea, ex Cod. Dig. Nov. f. 262.

Collectio legum ex Institutionibus et Digestis, de locis et rebus sacris, de sacerdotibus, Iudaeis etc. f. 288.

Διάταξις legum civilium, ex Iustiniani aliorumque Impp. Novellis, quibus confirmantur Canones Ecclesiastici SS. PP. f. 292 v.

EUSTATHII Romani commentatio de duobus consobrinis duas consobrinas in matrimonium accipientibus (per quaestionem et responsionem). Inscribitur: Ὑπόμνημα Εὐσταθίου περὶ βίου (sic) τοῦ Ῥωμαίου etc. Inc. Ἐπεβάλετο μὲν Νικήτας ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Βοθυρίτης. f. 294.

56. Chart. in f. saec. XVI, fol. 247.

PAUSANIAE Graeciae descriptio. Integra, additis in margine brevibus summariis.

57. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 149.

STEPHANI (BYZANTINI) Ethnicorum seu Topicorum epitome, ordine litterarum digesta. Primum fol. membranaceum.

58. Chart. in 4, trina manu saec. XV, fol. 132.

(DIONYSII HALICARNASSENSIS ad Q. Aelium Tuberonem de Thucydide iudicium) f. 1.

(Eiusdem de admiranda vi dicendi in Demosthene), initio mutil. Inc. ....ων καὶ τὰ ἀφυστερίζοντά που πείστει (l. πύστει). Inscribitur: Θουκυδίδου ἔκφρασις τῆς στάσεως τῶν Κερκυραίων f. 33.

Eiusdem ad Ammaeum epistola (de Demosthene et Aristotele); integra, quamvis folia 84 v.–88 fere sine scriptura, f. 79.

Eiusdem de Veteribus oratoribus, (ad Ammaeum), f. 89. — Folium 119 sine scriptura, etsi hoc loco nihil deest. Desideratur autem caput de Dinarcho, post illud de Isaeo.

Eiusdem ad Gnaeum Pompeium epistola (de Platone etc.) f. 125 v.

59. Chart. in f. bina manu, et quidem f. 1-166 scripta anno Chr. 1541 ab Ioanne Philopono, qui sequentia ad f. 277 usque videtur etiam exarasse; caetera manu rudissima eiusdem saeculi. Fol. 296.

THEODULI monachi Rhetoris, Magistri dicti (vulgo Thomae Magistri), Declamationes X, cum brevissima προθεωρίᾳ seu praefatione:

I. Euphorionis pro filio Cynaegiro f. 1.

II. Polemarchi pro filio Callimacho f. 4.

III. Ad Thessalonicenses, de Concordia, f. 8.

IV. In S. Ioannem Baptistam encomium f. 13.

V. Ad Angelum, summum στρατοπεδάρχην, oratio gratulatoria f. 19 v.

VI. Ad magnum Logothetam Theodorum Metochitam gratulatoria f. 20 v.

VII. Ad Patriarcham CPolitanum Niphonem gratulatoria f. 22.

VIII. Ad Iosephum (τῷ ἰσαγγέλῳ πατρί μου) philosophum de Italorum ac Persarum incursione f. 23.

IX. Ad Hierotheum qui in Montem Atho secesserat f. 25 v.

X. De Legatione, ad Andronicum Palaeologum Imp. f. 28.

(Georgii) Cyprii, sapientissimi ac doctissimi Patriarchae CPolitani, orationes VII:

I. In S. martyrem Georgium τὸν τροπαιοφόρον f. 32 v.

II. In S. Dionysium Areopagitam f. 42.

III. In S. martyrem Marinam f. 51.

IV. In S. Euthymium Thaumaturgum, Madytorum Episc. f. 58.

V. Encomium in mare, seu in universam aquae naturam, f. 68.

VI. Ad Imp. Andronicum Palaeologum f. 70.

VII. Encomium in (Christi) Praecursorem, fine mutilum, f. 76.

Anonymi Canones aliquot astronomici, fragmentum. Inc. Ὅτι ἡ σύστασις τῶν κανόνων γέγονεν ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείᾳ f. 91.

Ioannis Damasceni historia de rebus in interiore Aethiopia gestis a Barlaamo et Ioasapho f. 99.

Synesii philosophi, Episcopi Ptolemaidis, seu Pentapolis Cyrenaicae, opuscula IX:

I. De Calvitio f. 169.

II. Dion, seu de suo ipsius instituto, f. 176. — Loco περὶ τῆς καθ' ἑαυτὸν διαγωγῆς, habet cod. π. τῆς κατ' αὐτὸν δ.

III. Aegyptii, seu de Providentia, libri II cum praefatione, f. 183, 190 v.

IV. Oratio de Regno (ad Arcadium Imp.) f. 194.

V. Κατάστασις (seu concio in laudem Anysii Libyae praefecti) f. 202 v.

VI. VII. Homiliae II brevissimae, quarum prima inc. Οὐ θήσομαι τὴν πανήγυριν ἄφωνον, altera νὺξ ἱερὰ φῶς ἐνεγκοῦσα, f. 202 v. 203.

VIII. De Dono (astrolabii), ad Paeonium, f. 203 v.

IX. De Insomniis liber, cum Nicephori Gregorae exegesi in margine, et anonymi glossis inter lineas, f. 207 v.

Scholia in Aeschyli tragoedias III:

I. (In Prometheum vinctum). Inc. Τηλουρόν· διὰ τὸ πολὺ τοῦ ὄρους ἐκάλεσεν αὐτὸ τηλουρόν f. 231.

II. (In Septem ad Thebas). Inc. Κάδμου πολῖται· ὁ Ἐτεόκλης προλογίζει καὶ παρασκευάζων f. 256 v.

III. (In Persas). Inc. Τάδε μὲν Περσῶν· τοῦτο δεικτικῶς· οἷόν φησίν τις πρὸς ἑαυτόν f. 275.

Folio 166 subscriptio cryptographica calligraphi sic enodanda: πέρας εἴληφεν ἡ βίβλος αὕτη ἐκ χειρὸς ἰωάννου φιλοπόνου, ἥτις κέκτηται καρπούς γε πλείους τοῦ πνεύματος ἀγαθούς· οὐκοῦν, ὦ φίλοι, δρέψατε πάντες ἐλθόντες παρὰ τοῦτον. Infra leguntur haec: εἴληφεν πέρας ἡ βίβλος αὕτη ἐπὶ ἔτος ,αφμα' μαρτίου εἰς τὰς λ' ἀπὸ τῆς Χριστοῦ καταβάσεως.

60. Chart. in f. saec. XVI, fol. 149.

Claudii Ptolemaei Harmonicorum libri III, cum indicibus, et scholiis in margine in duos priores, f. 1, 16 v. 34.

Porphyrii in Ptolemaei Harmonicen commentarii, capp. XCVI. Inc. Τὴν μουσικὴν πᾶσαν f. 48.

Heronis philosophi (Alexandrini) Pneumaticorum libri II f. 90, 117 v. Relictum est alicubi spatium figuris pingendis.

Eiusdem Pneumaticorum liber I, cum figuris, f. 135.

61. Chart. in f. saec. XVI, fol. 262.

Appiani Historiae Romanae Ἀννιβαϊκή et Ἰβηρική f. 1, 19 v.

(Ioannis Xiphilini epitome Historiae Romanae Cassii Dionis) f. 63. — Insunt XXV vitae Impp. a Iulio Caesare ad Alexandrum. Imperatorum nomina recensentur omnia in folio ultimo.

62. Chart. in f. saec. XVI, fol. 213.

Theodosii (Tripolitae) Sphaericorum libri III, cum figuris, f. 1, 9 v. 25. — Integrum opus, etsi f. 37 vacuum.

Calculatoriae scientiae compendiosa et planissima traditio. Inc. Τὴν δήλωσιν τῶν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς f. 38.

Maximi Planudis monachi ψηφηφορία, seu calculatoria scientia, ex Indorum disciplina, Magna dicta. Sequuntur additionis etc. tabulae multiplices. Inc. Οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι f. 41 v.

Ioannis Pediasimi, Bulgariae Chartophylacis, Synopsis Geometrica de terrae dimensione et partitione (ex Herone), cum figuris. Inc. Πολλοὶ τῶν ἀμυήτων f. 59.

Heronis Geodaesia, figurarum μοδισμὸν et caetera peculiaria demonstrans. Inc. Σημεῖόν ἐστιν οὗ μέρος οὐθέν f. 72 v.

Isaaci Argyri monachi tractatus de reducendis triangulis non rectis in rectos, et de aliis quibusdam figuris. Inc. Ἡ τῶν γεωμετρουμένων χωρίων μέτρησις f. 78.

Barlaami monachi Logistica (seu Arithmetica), in capita VI distincta, f. 81. — Prooemium inc. Πολλῶν ὄντων οἷς ἀστρονόμοι χρῶνται. Cap. I

inc. Μέρος ἐστὶ μέγεθος μεγέθους. Clauditur cap. VI verbis ἀνάγκη καὶ τὰς αβ. αγ. δεδομένας εἶναι.

Eiusdem Arithmetica demonstratio etc. (inscriptio prolixa). Inc. Ἐπεὶ εἶδον πολλαχοῦ τοὺς μαθηματικούς f. 112 v.

MICHAËLIS PSELLI in Platonis Psychogoniam (commentarius). Inc. Τὸ μὲν λεγόμενόν ἐστιν οὐ μάτην f. 118.

Excerpta ex STRABONIS Geographia, (ex emendatione GEMISTI PLETHONIS). Inscribuntur capita: De Orbis terrarum figura f. 126; — Emendatio nonnullorum, quae Straboni minus recte dicta sunt f. 131 v.; — De Mutationibus quae in terra fiunt f. 133 v.; — De Roma f. 135; — De Europae regione, quae Danubium et Hadriaticum interiacet f. 139. — Codex omisit ubique Plethonis nomen. Folia 185-189 fere sine scriptura.

Eiusdem GEMISTI PLETHONIS Chorographia Thessaliae f. 190. — Clauditur verbis librarii: Τέλος σοὶ (cod. σὺ) χριστῷ τῷ δεδωκότι χάριν.

AGATHEMERI ORTHONIS Geographiae hypotyposis, seu compendiosa descriptio. Inc. Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος f. 200. — Integrum opus, ut in edd. in duas partes distinctum, quarum altera tantum in capita, et quidem in XIV distribuitur.

DIONYSII BYZANTII Navigatio Bospori. Exordium tantum superest. Inc. Εἰ μόνην συνέβαινε τοῖς ἀναπλέουσιν, des. ὅρος τῶν δυεῖν ἠπήρων (sic) f. 213 v.

63. Chart. in f. varia manu saec. XV-XVI, fol. 291.

PROCLI DIADOCHI commentarius in Platonis Alcibiadem priorem, fine mutilus; exit in verba: καὶ τὰ ἀντικείμενα αὐτοῖς τὸ κακὸν καὶ τὸ αἰσχρόν..., pluribus foliis vacuis additis ad avulsa supplenda, f. 1.

SYRIANI, Philoxeni filii, commentarius in Aristotelis Metaphysicorum librum II. Inc. Ἐν τῷ μείζονι ᾱ τίς ἡ παροῦσα σκέψις f. 97.

Eiusdem disquisitio in Aristotelis dubia circa mathemata et numeros in XI et XII Metaphysicorum libro. Inc. Οὐκ εἰμὶ τῶν φιλαπεχθημόνων f. 119.

(Fragmentum ex libr. XI capp. 4, 5 AELIANI Animalium historiae) f. 171. Inc. Σὸν τόδε, Δάματερ, σὸν τὸ σθένος, des. ὑλακτεῖν τοὺς βαρβάρους.

PROCLI LYCII DIADOCHI, (philosophi) Platonici, commentatio de iis quae Rempublicam Platonis recte expositturis observanda sunt. Inc. Τοῖς προλόγοις τῶν Πλατωνικῶν f. 173. — Capitibus constat opus XXXVII, quorum singulas referre inscriptiones longum est.

Subscriptio librarii: ἐτελειώθη τῇ ιη΄. τοῦ Ὀκτωβρίου τοῦ ἁγίου Λουκᾶ εὐαγγελιστοῦ, omissis nomine et anno, f. 167 v.

64. Chart. in f. saec. XV, fol. 302.

(MICHAËLIS PSELLI Paraphrasis Homeri Iliadis), cum scholiis in margine et glossis inter lineas. Inc. Τὴν ὀργὴν εἰπέ, ὦ θεά, (τὴν) τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως.

65. Chart. in f. saec. XVI, bina exaratus manu, fol. 192.

AELIANI de Animalium historia libri XVII, cum indice in singulos; librarius duos priores libros in unum coegit.

66. Chart. in f. saec. XVI, fol. 280.

DIONYSII HALICARNASSENSIS Ars Rhetorica f. 1. — Primum caput de Panegyricis; postremum (XII) de Orationis examine.

Eiusdem de Thucydidis proprietatibus (ad Ammaeum) f. 44 v.

Eiusdem de Verborum compositione f. 50.

DEMETRII PHALEREI liber de Enuntiatione seu Dictione f. 89.

ALEXANDRI (NUMENII) de Figuris sententiae et dictionis f. 118.

MENANDRI Rhetoris (commentarius de Encomiis, et imprimis) de Demonstrativis. Inc. Τῆς ῥητορικῆς ἁπάσης. Inscribitur: Μεν. ῥήτ. γενεθλίων διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν f. 137.

ARISTIDIS de Civili dicendi genere. Inscribitur: Περὶ πολιτικοῦ λόγου f. 185.

Ex eiusdem Arte Rhetorica, de simplici dicendi genere f. 207 v.

APSINIS (liber) de Propositionibus figuratis (seu per figuratas locutiones repraesentandis) f. 273.

MINUCIANI seu NICAGORAE (tractatus) de Epichirematis. Inc. Ὁ ῥήτωρ πίστεσι χρήσεται f. 276.

67. Chart. in f. min. saec. XV ineuntis, fol. 234.

ARISTOPHANIS Comoediae IX, praeviis argumentis:

I. Plutus f. 1. — II. Nubes f. 18. — III. Ranae f. 47. — IV. Equites f. 75. — V. Acharnenses f. 102. — VI. Vespae f. 125. — VII. Aves f. 153 v. — VIII. Pax f. 185 v. — IX. (Lysistrata) f. 211. — Integrae omnes, praeter ultimam in medio mutilam. Argumento carent Plutus et Lysistrata.

68. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 118; fine mutilus ac vitiosiosissime scriptus. Saepe una eademque vox pluribus oneratur accentibus, ad varios modulationis inflexus significandos.

(MENOLOGIUM per varios menses):

S. Andreae τοῦ πρωτοκλήτου gesta et vita in regione anthropophagorum. Inc. Κατ' ἐκεῖνον τὸν κερὸν (l. καιρὸν) ἦσαν ἅπαντες οἱ ἀπόστολοι f. 1.

S. Io. Chrysostomi oratio in Herodiadis saltationem, et in S. Ioannem decollatum f. 11.

(Quaestiones et responsiones, uti in S. Ephraemi sermone de Consummatione et Caritate) Inc. Πρώτων (πρῶτον?) ποιμαίνες (l. ποιμένες) ἤγουν ἐπίσκοποι, καὶ ὑπὲρ τῆς ὐδίας (l. ἰδίας) πολυτείας (l. πολιτ.) f. 14 v.

S. Io. Chrysostomi Oratio de Animae salute, patientia, et gratiarum actione, in Sabbato Carnisprivii, f. 19.

(Leontii), Episcopi Neapolitani in Cypro, sermo in S. Ioannis Eleemonis vitae paralipomena, Mense Novembr. die XII, f. 22.

In infantulos morientes sermo; initio mutilus. Inc. Ὁρᾷς οἷον τοῦτο τὸ μέγα μυστήριον f. 26.

S. Ephraemi (Syri) sermo de Poenitentia f. 31.

Eiusdem sermo: Decessus nostri diem semper in anima habendum esse f. 32 v.

Eusebii Episcopi ad Alexandrum oratio in sancta Dominica post dimissam concionem f. 33 v.

De S. Io. Baptistae consummatione (seu obitu), M. August. d. XXIX, f. 57.

S. Basilii homilia paraenetica (de vitae brevitate). Inc. Βίος ἀνθρώπων βραχὺς καὶ ὀλιγοχρόνιος f. 41 v.

Procli, Archiepiscopi CPolitani, in Natalem Domini oratio f. 45.

Sanctae Parasceves martyrium, mense Iul. die XXVI. Inc. Ἔλεγε δέ· Δίκασον, Κύριε f. 48. — Videtur initio mutilum.

De Christi imagine narratio utilis (sic); initio mutila. Inc. . . . μῶν ἐκστήσεται πᾶσα καρδία τῶν ἀκουόντων f. 50 v.

Anastasii monachi Sinaitae in Psalmum VI enarratio f. 53 v.

S. Io. Chrysostomi homilia in Psalmi istud: Eripe me, Domine, ab homine malo f. 66.

De S. Crucis inventione. Inc. Ἔτους διακωσιωστοῦ (sic) τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν f. 70.

SS. Cypriani et Iustinae acta, Mense Octobr. f. 76.

S. Theclae martyrium f. 81.

S. Symeonis Stylitae vita, Mense Sept. f. 88.

S. Io. Chrysostomi homilia de Poenitentia f. 95 v.

Eiusdem (de beata Iuditha) f. 105 v.

SS. Acindyni, Pegasii, Aphthonii, Anempodisti et Elpidiphori martyrium f. 109 v.

SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestae (cod. Ὀρεστίου) martyrium, Mense Decembr. f. 110 v. — Fine mutilum.

69. Bombyc. in f. saec. XIII-XIV, fol. 252, initio et fine mutilus; folia plurima lacera.

S. Athanasii Alexandrini ad Antiochum praefectum, de Quaestionibus multis ac necessariis in divina Scriptura controversis, quas nemo Christianus ignorare debet, f. 5. — Quaestiones sunt numero CXLIV, praevio indice initio mutilo.

De Conciliis Oecumenicis (quinque dumtaxat) enarratio f. 51.

S. Abbatis Dorothei doctrinae variae ad suos discipulos, quum ipse ab Abbate Serido secessisset, propriumque instituisset monasterium, post obitum Abbatis Ioannis prophetae, et perfectum Abbatis Barnasuphii si-

lentium, f. 53. — Insunt διδασκαλίαι XXII, quarum prima de Renuntiatione, postrema ad Praepositos ac discipulos, praevio indice.

Acta S. Gregorii sanctissimae Ecclesiae veteris Romae Papae. Inc. Ὁ μακάριος Γρηγόριος γενόμενος πρόεδρος τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας f. 152 v.

S. Gregorii Dialogi historici ad Petrum Ecclesiae Romanae Archidiaconum, de vita diversorum Patrum, qui in Italia floruerunt (interprete Zacharia papa Romano); cum indicibus in libros III, e quarto enim excerpta tantum praebentur, quae inc. Μετὰ τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ χαράν, f. 153.

Ex S. Io. Chrysostomi enarrationibus in Psalmos excerpta. Inter Dialogorum S. Gregorii librum secundum ac tertium inserta f. 176 v.

Ex S. Basilii enarrationibus in XV Psalmos excerpta, fine mutila, f. 235 v.

70. Chart. in f. min. saec. XVI, fol. 272.

Procli Diadochi Platonici Hypotyposis astronomicarum suppositionum f. 2.

Encomium in Homeri Odysseam. Inc. Ποιηταὶ μὲν καὶ ῥήτορες f. 8 v.

Gemini (Rhodii) in phaenomena (coelestia Isagoge) f. 51.

E Strabonis Geographicis excerpta, a Gemisto Plethone emendata, de Orbis terrarum figura, f. 60.

Homericae Iliadis et Odysseae (brevis) enarratio. Inc. Πρὸ τοῦ ἀπάρξασθαι τῆς ἐξηγήσεως εἰδέναι δεῖ f. 72 v. Sequitur alia Odysseae enarratio ex Homero. Inc. Μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν (ex I. Tzetzae commentario in Lycophronem) f. 73 v.

Isaaci (Comneni) Porphyrogeniti de praetermissis ab Homero, e diversis veterum monumentis excerpta. Inc. Ὁ σοφώτατος Ὅμηρος f. 77.

Mensium nomina apud Romanos, Hebraeos, Aegyptios, Bithynos, Macedones, Cyprios, Graecos et Athenienses f. 90 v.

Georgii Codini excerpta e Chronico (Hesychii Milesii) de Originibus (περὶ τῶν πατρίων) Constantinopolis f. 92. — Origines excipiunt sequentia, quibus praeit index generalis:

I. De Ordine dignitatum et Officiorum palatii, ἤτοι τῆς συγκλήτου, f. 113.

II. De Ordine festivitatum Dominicarum f. 128 v.

III. De Festis, quibus Imperator praecedere solet, si CPoli versetur f. 146.

IV. De magni Domestici, magni Drungarii vigilum, exercitus Praefecti, et magni Adnumiastae officio f. 147.

V. De Imperatoris coronatione f. 149.

VI. De Despotae creatione f. 156 v.

VII. De Sebastocratoris et Caesaris creatione f. 157.

VIII. De Patriarchae creatione f. 157.

IX. De patre Imperatoris defuncti f. 159 v.

X. Περὶ μελλονύμφης δεσποίνης f. 160.

XI. De annis ab orbe condito usque ad Constantinum Magnum, et de Impp. CPolitanis usque ad Urbem ab Agarenis captam f. 160 v.

XII. De Constantino Magno et urbium Regina f. 168.

XIII. De Patriarchis CPolitanis, senarii iambici, f. 168 v.

XIV. De templi S. Sophiae aedificatione f. 170 v.

(Appiani Civilium bellorum) liber III et IV fine mutilus f. 180, 215. — Liber IV exit in verba: εἰσὶ δ' οἳ καὶ σφᾶς αὐτούς, folio vacuo ad supplendam lacunam addito.

Porphyrii (liber) de Prosodia. Inc. Ἰστέον ὅτι, ὡς ὁ Θρᾷξ Διονύσιος, ὁ περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου διδάξας ἡμᾶς f. 221.

Theodosii (Prolegomena in Grammaticam, et) de Definitione. Inc. Ὅρος ἐστὶ λόγος καθολικός f. 230.

Dionysii Thracis Grammatica, cum Prolegomenis, f. 249 v. praevia eius vita, f. 233, quae inc. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, ὁ τὴν τέχνην συγγραψάμενος τὴν γραμματικήν. Capita Grammatices alio ordine quam in edd.

Georgii Choerobosci Grammatici (tractatus de Prosodia). Inc. Ἰστέον ὅτι τριχῶς λέγεται ἡ προσῳδία f. 249 v.

Diomedis Scholastici in Dionysii Grammaticam (scholia), fine mutila. Inc. Τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων· σημαίνει σύστημα τὸ ἄθροισμα f. 251 v. — Diomedis scholiis alia adduntur aliorum, ut Porphyrii, Stephani, et anonymi cuiusdam, f. 267.

71. Chart. in 4, saec. XV, fol. 152.

Theodori (Gazae) Grammaticae Isagoges libri IV f. 1.

Canonismata (seu praecepta) admodum necessaria, de vocibus a poetis oratoribusque usurpatis, e libris diversis collecta. Inc. Ἰστέον ὅτι τῆς συναλοιφῆς εἰσιν ἑπτὰ εἴδη f. 123.

72. Membr. in 4, saec. X-XI, binis columnis, fol. 152. Adnotationes passim in marg. manu A. Maii.

S. Io. Chrysostomi de Sacerdotio libri IV-VI f. 1. — Quartus initio mutilus inc.... θεσθαι δίκαιον· ἐπειδὴ τὰ τοῦ ἀνθρώπου οὐδεὶς οἶδεν.

Eiusdem de Incomprehensibili, homiliae IX priores, f. 37. — Nonae desunt, praeter finem capitis XI, etiam capp. XII-XV. Decimum sextum sequitur quinto abhinc folio. Folia 148-159 ad eandem homil. spectant.

Fragmenta ex eiusdem homilia de Poenitentia, et ex Defensione adversus Theodorum Diaconum Romanum f. 143, 147.

Eiusdem in Oziam homiliae IV f. 159 v. — I.ª Inscribitur: Laudatio

eorum qui conciones adeunt, et in dictum illud: Vidi Dominum sedentem super throno alto et elato: — II.ª Contra eos qui connubia solvunt: — III.ª et IV.ª In illud I Paralipomenon: Elatum est cor Oziae.

Eiusdem homilia in Seraphinos et de Poenitentia f. 192 v. — Quae in fine codicis desiderantur, quaerenda sunt supra, f. 144.

73. Membr. in f. saec. XIII, exceptis foliis prioribus decem chartaceis saec. XVI, nitidissime scriptus, fol. 220. Folio 2, in imo margine, leguntur haec: « *Iste Lucianus est Francisci Barbari Vener. patris quem sibi misit ex Creta Iohannes Simeonachis protopapa Candiae* ». Et f. 3, in summo margine: « *Iohannes Bapt. Posthumus de Leone* ». — Duobus primis foliis insunt:

I. Fragmentum incerti auctoris, quod inc. Πλήττομαι νῦν καὶ ξενίζομαι λίαν. Nominantur SS. Athanasius et Chrysologus.

II. Index in Lucianum.

III. Fragmentum ex Luciani scripto de Saltatione, quod idem recurrit f. 10 v.

Luciani scripta varia XXXIV:

ARISTOTELIS (Organum):

I. Categoriae f. 11 v.

II. De Interpretatione sectiones V f. 27.

III. Analyticorum priorum libri II, utroque in schemata tria diviso, cum commentario, f. 37. Comment. inc. Δῆλον δὲ καὶ ὅτι ἐν ἅπασι τοῖς σχήμασιν f. 44.

IV. Analyticorum posteriorum libri II f. 105.

V. Topicorum libri VIII, cum lemmatis in margine plerumque latine scriptis, f. 144.

VI. De Sophisticis elenchis f. 215. — Clauditur codex verbis: τετέλεσται σὺν θεῷ ἁγίῳ ἡ λογικὴ πραγματεία τοῦ ἀριστοτέλους.

256. Chart. in f. saec. XV, fol. 6, 4, 5, 3, 9-391. Exaravit ineleganter folia 9-389 v. anno 1449 Nicolaus Vestiarita Mellachrenus grammaticus; reliqua alia manus eiusdem fere aetatis. — Folio 4 inest index graecus, folio 3 latinus.

ARRIANI de Alexandri expeditione libri VII, cum lemmatis rubris in margine, f. 9. — Clauditur liber VII subscriptione: Ἀρειανοῦ ἀναβάσεων ἑπτὰ Ἀλεξάνδρου τέλος.

Hermiae (i. e. Ammonii, Hermiae filii), philosophi Protheoria (seu Praefatio) in Porphyrii Phoenicii Isagogen, cum lemmatis graecis in margine. Inc. Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσθαι φιλοσόφων λόγων f. 109 v.

Aristotelis de Mundo (liber) ad Alexandrum regem f. 120. — Clauditur tetrasticho iambico, quod inc. Σοφοῖσιν ἐξέδωκας ὄντων τὴν φύσιν.

Constantini Harmenopuli, Nomophylacis et Iudicis urbis Thessalonicae, Promptuarium legum (seu Iuris civilis), dictum Hexabiblos, (in LXXXII titulos divisum), praevio indice generali et peculiari in singulos sex libros. Primus titulus: De Legibus f. 135; postremus: De Infamibus. — Ad calcem libri sexti habentur tituli IV sequentes: I. De Dignitatibus. Inc. Ἀπὸ πατρικίων f. 281, — II. De Canonibus diversis. Inc. Κανών ἐστι σύντομος τοῦ πράγματος f. 282, — III. De Significatione nominum. Inc. Δοκεῖ γυνὴ υἱὸν ἔχειν f. 283 v. — IV. De Episcoporum et presbyterorum electione (ubi et de ceteris rebus ecclesiasticis) f. 284 v.

De Romano Pontifice θέσπισμα (seu sanctio) Magni Constantini. Inc. Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς σατράπαις f. 288.

Philothei Patriarchae Anathematismorum (sub Constantino Porphyrogenito et duobus aliis Impp. latorum) confutatio. Inc. Ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφός, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἀρμενόπουλε f. 289.

Ecloga Legum rusticarum ex Digesto Iustinianeo. Inc. Χρὴ τὸν γεωργὸν ἐργαζόμενον τὸν ἴδιον ἀγρόν f. 290.

Constantini Harmenopuli Sacrorum et divinorum Canonum (seu Iuris Canonici) epitome, in τμήματα sex divisa, cum indice generali. Praeit προθεωρία, quae inc. Τῶν κανόνων, οἱ μέν εἰσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων f. 294. — Sectio I^a^ de Episcopis f. 296, — II^a^ De Presbyteris, diaconis et subdiaconis f. 303, — III^a^ De Clericis f. 308, — IV^a^ De Monachis et monasteriis f. 312 v. — V^a^ De Laicis f. 314 v. — VI^a^ De Mulieribus f. 323.

Eiusdem de Orthodoxa fide (libellus) f. 324 v.

Eiusdem de Haereticorum placitis (epitome) f. 325. Incipit ab Arianis et clauditur capite de Bogomilis.

Catalogus Officiorum aulae imperatoriae. Inscribitur: Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου, omisso auctoris nomine, f. 327. Recensentur ἀξιώματα XCI, quorum primum ὁ δεσπότης, postremum ὁ κόμης. Clauditur nudus elenchus monito, quod incipit: Ἰστέον ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα σκιάδια φοροῦσιν οἱ ἀπὸ τοῦ πανευσεβεστάτου.

Catalogus Officiorum magnae Ecclesiae (S. Sophiae) f. 327 v. Enumerantur τάξεις XXXI, quarum prima ὁ μέγας οἰκονόμος, ultima ὁ πριμμικήρης τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων.

Leonis Sapientis constitutio de ordine Sedium, quae CPolitano Patriarchae sunt subiectae f. 329.

Metropoles quae sub Andronico II Palaeologo CPolitanae dioecesis fuerunt f. 329 v.

Ordo Metropolitarum qui throno CPolitano, et Episcoporum qui Metropolitis sunt subiecti f. 330 v.

Matthaei (Blastaris) monotropi (sive monachi) contra Latinorum errores (sic) liber, capitibus XXX constans. Prooemium inc. Ἄρτι μὲν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία f. 333 v. — Matthaei τοῦ οἰκτροῦ (sic), Michaëlis Cerularii vindicis acerrimi (f. 372), convicia, non argumenta, in margine redarguit hic illic vir quidam graecus, latinis favens (v. f. 333 v. 365, 366 v. 373 v. 375, 376 v.).

Ex Synodico contra Barlaamum et Akindynum f. 377 v.

Ex S. Athanasio, de Incarnatione Verbi Divini. Inc. Ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν γραφῶν f. 379.

Nicolai Cabasilae de sacra Stola (tractatulus). Inc. Ἡ μὲν τοῦ διακόνου στολὴ f. 379 v.

Eiusdem de divinae Liturgiae ritu. Inc. Τὰ ἐν τῇ προθέσει f. 380.

Petri, Chartophylacis et diaconi Magnae Ecclesiae, Solutiones quaestionum aliquot, anno ϛχ (1092), (ubi praesertim de VII Sacramentis). Inc. Εἰς πόσον καιρὸν ὀφείλει βαπτίζεσθαι τὸ παιδίον; f. 382.

De Patriarchis. Inc. Πατριάρχης ἐστὶν εἰκὼν ζῶσα Θεοῦ καὶ ἔμψυχος f. 383.

De Nuptiis vetitis et Gradibus (cognationis). Inc. Ἡ συγγένειά ἐστιν ὄνομα γενικόν f. 383 v.

Ex libris Iatricis capita quaedam necessaria et utilia (sic). Sunt autem arcana quaedam inepta, quorum primum inscribitur: Περὶ τοῦ γνῶναι βουλὴν γυναικός. Inc. Λαβὼν βάτραχον καὶ βαλὼν εἰς δέρμα ἐλάφειον f. 390.

(Capita quaedam ex libris Geoponicis). Primum: πῶς οἶνον ὄξος ποιῆσαι f. 390 v. Cum appendice εἰς σπασμόν, dialecto vulgari.

Ad calcem folii 389 v. mendosissima librarii subscriptio: δόξα σοι, ὁ θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι. ἐπληρώθη τὸ παρὸν βιβλίον αὐγούστῳ κγ. ἰνδ. ιδ. τοῦ ϛϡνζ ἔτους. † εἰ μὲν χυρὶ (l. ἡ μὲν χεὶρ ἡ) γράψασα σίπεται (l. σήπεται). εἰ δὲ γραφιμένοι (l. ἡ δὲ γραφὴ μένει) εἰς χρόνους ἀπεράντους. † νικόλαος βεστιαρίτης μελλαχρηνὸς ὁ γραμματικός. ἀμήν. ἀμήν. ἀμήν.

257. Membr. in f. saec. X-XI, exceptis prioribus foliis chart. 1-9 saec. XV, fol. 370; uno in loco adustus, in altero lacer.

S. Iohannis Chrysostomi in Matthaei Evangelium Homiliae XLII (nempe in XII priora capita). Quot foliis quaeque constet homilia, ad calcem singularum in margine manu recentiore accurate significatur. Singulis homiliis suum accedit ἠθικόν. — Ad calcem codicis leguntur verba haec, maiusculis litteris insulse scripta: ΤΡΥΑΚΩ CV Α: ΠΑΙ ΝΤΗΝΤΑ ὠΚΤῶ: ΦΟΙΛΛα, i. e. τριακόσια πεντή(κο)ντα ὠκτὼ φύλλα. — Sequitur, alia manu, precatiuncula pro Michaële Palaeologo.

258. Chart. in f. binis columnis, saec. XV, fol. 438. Folium 436 lacerum. Descripsit Manuel quidam.

Sanctissimi PAULI, Monachi et fundatoris (κτήτορος) coenobii S. Deiparae τῆς εὐεργέτιδος, Collectio dictorum et doctrinarum e SS. PP. et Scriptura, (in libros duos aequales capitum quinquaginta distributa, praevio indice graeco). Absolutissimum est, monente Sylburgio, religiosae et monasticae vitae speculum. Inc. Ὁ ὅσιος πατὴρ Ἰωάννης f. 4.

Laudantur auctores: Anastasius Sinaita, Antiochus Pantectes, Antonius Iunior, Arsenius, Athanasius, Barsanuphius, Cassianus, Clemens in Itinerario S. Petri, Diadochus, Ephraemus, Gregorius Papa in Dialogis, Gregorius Thaumaturgus, Ioannes Carpathi Episcopus, Ioannes Pastor abbas, Isaacus (interdum cum cognomento Syrus), Isaias eremita et abbas, Lucianus, Marcellus, Marcus monachus, Martianus, Maximus, Nilus, Palladius, Zosimus abbas. — Scripta citantur: Geronticum, Narratio occisionis SS. Abbatum, Nomocanon, Periodi (seu Peregrinationes) Apostolorum Ioannis, Petri et Thomae, Philothei historiae, Theodoreti opus quoddam, itemque Martyria: SS. Longini Centurionis, Menae et sociorum, Nicephori, XL martyrum; Vitae Sanctorum: Abraamii Episcopi, Alypii, Antonii, Charitonis, Danielis Stylitae, Ephraemi, Euthymii et Euthymii Iunioris, Iacobi fratris Domini, Ioannicii, Ioannis Eleemonis, Lucae Iunioris, Melaniae Romanae, Pachomii, Pauli Thebani, Pelagiae, Petri Apostoli, Sabae, Spyridonis, Symeonis Mandritae, Syncleticae, Theodosii Coenobiarchae seu Abbatis, Theodorae.

Ad calcem iambus librarii: τὸ δῶρον καὶ πόνος (τοῦ) μανουήλ.

259. Membr. in f. binis columnis, fol. 297, anno Chr. 1054 exaratus manu Nicephori presbyteri τοῦ ☧σοῦ (Χρυσοῦ). Ornamentis ac picturis venustis in principio singularum homiliarum insignis codex. Plura verba aevo obscurata manu recentiore rescripta sunt; alia plura iamdudum obliterata suppleri nequiverunt.

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI Homilia in Exitum Quadragesimae f. 1.

(Eiusdem in Genesin Homiliae XXIX priores) f. 7v. Singulis suum accedit ἠθικόν. Prima hom. in verba: In principio fecit Deus coelum et terram (Gen. I, 1); ultima, fine mutila, in illud: Et erat omnis terra labium unum, et vox una omnibus (XI. 1).

Clauditur codex librarii subscriptione: ἐτελειώθ(η) σὺν θ(ε)ῷ· ἡ θεία δέλτος αὕτη. διὰ χειρὸς νικηφό(ρου) πρεσβυτ(έρου) τοῦ ☧σοῦ (sunt versus duo politici syllabis constantes XV), ἐκ προστάξεως καὶ μισθαποδοσίας τοῦ δούλου τοῦ θ(ε)οῦ θεοφά(νους) πρωτοπρ(εσβυτέρου) καὶ κωνσταντίνου (cod. Κωτν) πρ(εσβυτέρου) καὶ σκευοφύλα(κος) καὶ τῶν λοιπῶν ἱερέων· καὶ προσετέθ(η) ἐν τῇ ὑπ' αὐτοὺς ἁγιωτ(ά)τ(ῃ) καθολικῇ ἀποστολικῇ ἐκκλ(ησίᾳ) τοῦ

χ̊ Γορ̂· εἴτις (l. ἥτις) ἐπ' ὀνόματι μὲν τοῦ ἀρχαγγέλου μιχ(αὴλ) ἵδρυται. τιμᾶται δὲ καὶ προσκυνεῖται εἰς τὸ τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θ(εοτό)κου ὄνομα· καὶ τοῦ ἐν βασιλεῦσιν πρώτου καὶ μ(ε)γ(άλου) κωνστ(αντίνου)· οἱ οὖν ἐντυχῶντες (sic) καὶ φοβούμενοι τὸν θ(εὸ)ν εὔχεσθ(ε) αὐτοὺς ἅμα τῷ γράψαντ(ι) ὅπως ἵλεος αὐτοῖς γένηται ὁ κ(ύριο)ς· ἐν τῇ ἡμέ(ρᾳ) τῆς κρίσεως. † εἴληφε τέρμα μη(νὶ) σ(επτεμ)βρ(ίῳ) α̅. ἰνδ. η̅· ἔτ(ους) ,ςφξγ. Adduntur haec: ἀρχὴ καὶ τέλος πάντων καλῶν χ(ριστὸ)ς πέλει.

260. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 301. Olim Leonardi Iustiniani. — Duobus foliis praeviis membranaceis, eiusdem aetatis, nullo signatis numero, inest fragmentum, initio et fine mutilum, alicuius libri liturgici. Incipit a Theotokio: Ηνηρετίσω (sic pro ἣν ἠρετίσω), δέσποτα. Sequuntur Stichera in Laudes, *κατανυκτικά*, *σταυρώσιμα*. Clauditur duobus tropariis, *καθίσματα* dictis, quorum alterum fine mutilum.

(Aeliani de Proprietatibus animalium libri XVII, cum epilogo), praemisso singulis libris capitum indice, f. 1 v. — Ultimum librum sequuntur duo folia paene vacua.

Excerpta ex Aristotelis libro de Partibus animalium. Inc. Τῶν μὲν ἀγεννήτων καὶ ἀφθάρτων οὐσιῶν f. 224. Des. οὐ γὰρ ῥᾴδιον πολὺν ... κινεῖσθαι σώματος μετέωρον.

Ex eiusdem libro de Animalium generatione. Inc. Ἀρχαὶ τῆς γενέσεως τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ f. 243 v. Des. ἐν τούτοις τὸ σῶμα τὸ τῶν ἐγχελύων. — Sequuntur folia duo sine scriptura, eodem numero 253 signata.

Aristotelis de Animalium historia libri III, et particula IV[i]:

Liber I f. 254, cum aliquot lacunis. — Libri quarti (f. 300 v.), qui inscriptione caret, prima tantum verba praebentur, quae des. ἔτι δὲ τὰ ὀστρακόδερμα τοιαῦτα δ' ἐστίν. — Folio ultimo, a tergo, legitur possessoris nomen: (λεο)νάρδου ἰουστινιανοῦ καὶ (τῶν φίλων).

261. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a-d* 309. Olim Caroli cuiusdam et Musuri. — Foliis *a-d* insunt:

I. Senarii sex, quibus lepide inter se de codicis possessione contendunt Carolus et Musurus: *Φίλων τόδ' ἐστίν, οὐ μόνου Κάρλου κτέαρ.* | *Κάρλου τόδ' οὐκ ἔστ' ἀλλὰ Μουσύρου* (sic) *κτέαρ.* || *Κάρλου τόδ' ἐστίν, οὐχὶ Μουσσούρου κτέαρ.* || *Κάρλου τόδ' ἐστὶν ἠδὲ Μουσσούρου κτέαρ.* || *Τύχης τόδ' ἐστὶ κτῆμα καὶ τῶν χρωμένων,* || *Ἀλλ' οὔτε Κάρλων οὔτε Μουσύρων* (sic) *κτέαρ* f. *a* v.

II. Index in Diogenem Laërtium f. *b*.

III. (Nonnulla ex Diogene Laërtio de Graeciae Sapientibus, quid primi omnium excogitaverint). Inc. *Θαλῆς πρῶτος ἀστρολόγησε* (sic) *καὶ ἀθανάτους τὰς ψυχὰς εἰπεῖν* (sic) f. *d*.

IV. Στράβωνος ἰατρικοὶ λόγοι Ἰνδῶν. Inc. Μηδὲ γὰρ νόσους εἶναι πολλάς f. *d*. — Sequitur folium *d* v. vacuum.

Diogenis Laërtii de Vita et placitis philosophorum libri X f. 1. — Clauditur liber ultimus senario librarii: ἰδῶν (sic) τὸ τέρμα τὴν χάριν Θεῷ δίδον (l. δίδου).

Luciani Rhetoris Vita Demonactis f. 293.

(Excerpta ex initio Ptolemaei Geographiae). Inc. Αἱ δέ εἰσιν αἱ γνωσθεῖσαι ἐπαρχίαι ἢ σατραπαὶ τῆς οἰκουμένης f. 305. — Sequuntur pauca ex Libanio aut Iuliano, non enim liquet, f. 308.

262. Bombyc. in 4, saec. XV, fol. 203.

(Michaëlis Pselli) Compendia (V), prosa oratione, quibus singulis praemittitur senariolus, argumenti instar:

I. Philosophiae (seu Dialecticae). Inc. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν f. 1.

II. Arithmeticae. Inc. Μέλλοντί μοι καὶ περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν f. 59.

III. Musicae. Inc. Μουσικὴν οἱ παλαιοὶ συνέχειν εἶπον τὸ πᾶν f. 75.

IV. Geometriae. Inc. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐδέν f. 83.

V. Astronomiae. Inc. Σφαῖρά ἐστι σχῆμα στερεόν f. 116 v.

(Eiusdem?) Opiniones de anima (seu de animae facultatibus). Inc. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων αἱ μέν εἰσιν ἄλογοι f. 140 v.

Excerpta ex Leontio (de Hypostasi et Enhypostato). Inscr. Ἀπὸ τῶν λεοντίων (sic). Inc. Ὅτι οὐ ταὐτὸν ὑπόστασις καὶ ἐνυπόστατον f. 194 v.

Photii, Patriarchae CPolis, ex Amphilochiis (de duplici natura in Christo) caput XXXVIII. Inc. Εἰ ἀπερίγραπτος ἡ ἐν τῷ υἱῷ Θεότης f. 202. — Eadem in vetusto cod. Pal. 281.

Clauditur codex incomposito librarii senario: θ(ε)ῷ δόξα τῷ δόντι πέρας βίβλίου τόδε.

263. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 132, quorum priora 1-89 graecis signantur numeris ($\overline{\alpha}$-$\overline{\pi\theta}$.).

Manuelis (Moschopuli Cretensis Σχέδη, seu Extemporalia exercitia grammatica XIX), cum glossis inter lineas. Inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν f. $\overline{\alpha}$. — Grammaticam excipiunt nonnulla: I. De XII Articulis fidei. Inc. Δώδεκά εἰσι τὰ ἄρθρα τῆς πίστεως f. 132, — II. De septem mysteriis (seu Sacramentis) f. 132 v. — III. De Decalogo f. 132 v.

Ad calcem senarius librarii: τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θ(ε)ῷ χάρις.

264. Chart. in f. saec. XVI, exceptis foliis 1-2 saec. XVII, fol. 19. Suppositus est codex iste, quem primum recensebimus, in vicem Palatini, qui Romam nunquam allatus, post diuturnum Wit-

tembergae domicilium, quo ante annum 1622, una cum duobus codd. 18 et 272, demigraverat, Heidelbergae demum anno 1881 redditus est.

S. Cyrilli, Alexandrini Archiepiscopi, Allocutio ad piissimum Christique amantem Imperatorem Theodosium, cum variis lectionibus in margine a Latino quodam scriptis, f. 1. — Folium 2 v. sine scriptura; dein aliud nullo signatum numero, cuius a tergo poematium christianum, 18 hexametris constans, quod inc. Ὄλβιος, ᾧ κεν ἐῆς ψυχῆς μέλη ἀθανάτοιο.

(Vettii) Valentis Antiocheni Anthologiorum liber primus, (in capp. VIII digestus):

I. Περὶ μεσουρανήματος, (seu de Meridiano circulo). Inc. Μεσουράνημα δὲ ἀπὸ χειρὸς εὑρεῖν f. 3.

II. Περὶ ἀναφορᾶς τῶν ζῳδίων, (seu de ortu siderum Zodiaci). Inc. Πόσων δὲ ὡρῶν ἕκαστον ζῴδιον ἀναφέρεται f. 4. — Lacunae aliquot.

III. Περὶ ἀκουόντων καὶ βλεπόντων ζῳδίων, (seu de sentientibus et videntibus Zodiaci signis). Inc. Ὁμοίως καὶ περὶ ἀκουόντων καὶ βλεπόντων ἑξαγώνων ζῳδίων f. 6. Caput lacunosum.

IV. Σύνοδοι καὶ πανσελήνη (cod. πανσελήνοι) ἀπὸ χειρός, (seu de Solis et Lunae concursione, et de Plenilunio). Inc. Σύνοδον καὶ πανσελήνην ἀπὸ χειρὸς εὑρεῖν f. 8 v.

V. Ὑπὲρ ἑπταζώνου ἤτοι σαββατικῆς ἡμέρας ἀπὸ χειρός, (seu de Die septem zonarum vel septima). Inc. Περὶ τῆς ἑβδομάδος, καὶ σαββα(τικῆς ἡμέρας) οὕτως f. 10.

VI. Περὶ οἰκοδεσπότου (τοῦ) ἔτους, (seu de Sidere quod anno praeest). Inc. Εἰ δὲ καὶ τὸν οἰκοδεσπότην τοῦ ἔτους θέλεις ἐπιγνῶναι f. 11 v.

VII. Περὶ ἀρρενικῶν καὶ θηλυκῶν μ′ (= μοιρῶν), (seu de Signorum gradibus femininis et masculinis). Inc. Περὶ δὲ τῶν ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν μ′ (= μοιρῶν) οὕτως f. 13 v.

VIII. Περὶ φωτισμοῦ σελήνης, (seu de lumine lunae). Inc. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ φωτισμοὶ τῆς σελήνης οὕτως f. 14. — Folium 15 paene vacuum.

Maximi, humilis monachi, ad Patricium Petrum brevis Enarratio christiani Paschatis. Prolixam inscriptionem paucis expressimus. Praefatio inc. Ἐπειδή σε, πανεύφημε καὶ θεοφρούρητε δέσποτα f. 16. — Liber in capita V divisus est, quae sic inscribuntur:

I. Τί τὸ κανόνιον καὶ τί περιέχει ἡ τούτου δύναμις f. 17.

II. Τίς ἡ ἐξ εὐωνύμων διαγραφή f. 17 v.

III. Τίς ἡ ἐκ δεξιῶν διαγραφή f. 18.

IV. Τίς ἡ τοῦ μέσου τροχοῦ διαγραφή f. 19.

V. Τίς ἡ ἀπὸ ιθ τῆς σελήνης ἔτους, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ α ἐν τῷ εὐωνύμῳ διαγράμματι f. 19. Fine mutilum caput exit in verba: γίνεται καὶ ἀπὸ δευτέρου, ὅτε ἐν τῷ τρίτῳ· καὶ ἀπό . . . — Sequuntur folia duo sine scriptura et numeris.

*Codex Palatinus Heidelbergensis, dictus etiam Wittembergensis I^us, est membr. in 4, saec. XIV-XV, fol. 100. Descripserunt Sylburgius, et ex eo Catalogus Pal. Vaticanus. Insunt:

Lycophronis Cassandra, cum metaphrasi et scholiis Isaaci Tzetzae. Inscr. Εἰς τὸν Λυκόφρονα σχόλια Ἰσαακίου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου. Inc. Βίβλος μὲν τελέθουσα f. 1. Des. Λυκόφρονος δύσφραστα - τοῦ τέλους.

265. Membr. in 16, fol. script. 133. Exaravit anno Chr. 1476 Baptista Rhizos, Antonii filius.

Horologium, Horas diurnas et Officia continens. Prolixa, ut solet, inscriptio. Horologium excipit, manu recentiore scriptus, Psalmus (CI), qui inc. Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.

Claudit codicem librarii subscriptio: ἡ χεὶρ μὲν ἡ γράψασα σίψεται (l. σήψεται) τάφῳ: χρόνους δὲ μακροὺς ἡ βίβλος παραμένη (l. παραμένει): ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς βαπτίστα υἱὸς (l. βαπτίστου υἱοῦ) ἱερ(έως) ἀντων(ίου) ῥίσζου (sic)· ἐτελειώθη ἐν μην(ὶ) μαΐῳ εἰς τὴν πρώτην, ἔτη (l. ἔτει) ,ϛϡπδ. ἰνδ. θ.

266. Chart. in 4, saec. XV exeuntis, fol. 348; eleganter exaratus.

Laonici (Chalcondylae Historiae de origine atque rebus Turcarum, et imperii Graecorum interitu) libri X. Inscribitur: Λαονίκου ἀπόδειξις ἱστοριῶν. Alius titulus plenior in margine manu recentiore, eadem quae adnotatiunculas aliquot addidit. Liber primus inc. Λαονίκῳ Ἀθηναίῳ τῶν κατὰ τὸν βίον f. 2. Clauditur decimus verbis: ἐς τὴν Πελοπόννησον ἐγένετο.

267. Membr. in 8, saec. XV, litteris minutissimis, fol. 276, quibus duo praemittuntur, nullis signata numeris.

Aeliani Animalium historiae libri XVII, praevio indice in singulos libros, primo excepto; capitum numeri in margine.

Clauditur codex senario librarii: Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις.

268. Chart. in 8, saec. XIV, fol. 205. Blattis passim corrosus. Singulis paginis, ad folium usque 183, legitur in summa margine nomen *νικολ(άου) λουπί*.

(Eusebii Pamphili de Vita Constantini libri V), cum indice in singulos libros, et argumentis in capita omnia, f. 2v.

Eiusdem Panegyricus in Constantini tricennalia (capp. XVIII) f. 157, praevio prologo f. 155v. Cap. XI lacunosum in medio. — De Eusebio Ariano et Eunomiano queritur Graecus aliquis in margine folii 182 et 184.

269. Chart. in 8, saec. XV, fol. *a-e* 298; madore inquinatus, incolumi tamen scriptura. Inscriptiones, in prioribus foliis rubris pictas litteris, evanidas fere omnes, in margine restituit Sylburgius; sequentes, minio exaratae, nihil fere tulerunt detrimenti. — Folio *a* adumbratio ludicra hominis dorso gibberoso simiolum ferentis. Eodem folio, a tergo, nomen ἀρζοῦ χὴρ μοῦς (sic).

S. Ephraemi Syri sermones III:

I. De Caritate, et Consummatione (huius saeculi). Inc. Ἀγαπητοί, μηδὲν προτιμησώμεθα πλέον τῆς ἀνυποκρίτου ἀγάπης f. 1.

II. De Compunctione (cordis). Inc. Δεῦτε, ἀγαπητοί, δεῦτε, πατέρες καὶ ἀδελφοί μου f. 30 v.

III. De Patribus (in Domino) defunctis. Inc. Τὴν καρδίαν μου f. 44 v.

Symeonis, Archiepiscopi Thessalonicensis, Quaestiones ecclesiasticae LXXXIII et responsiones, cum praefatione et epilogo brevi. Prima quaestio: Quomodo Angelus humana specie saepe appareat (f. 50 v.); postrema: Quid agendum, si in introitu (Missae) sacra effundantur etc. Praefatio inc. Ἔδει μὲν τὰς τοιαύτας τῶν ἐρωτήσεων ὑψηλοτέρους (sic) οὔσας f. 49. Epilogus inc. Ταῦτα προχείρως ἐν συνόψει.

Ioannis Damasceni, humilis monachi, sermo de Sacra Synaxi; de Christi resurrectione; de non iudicando, nec servanda iniuriarium memoria. Inc. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ πάσης τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας ἀνακρύπτεται δύναμις f. 154 v. Nonnulla in margine adnotavit Sylburgius. — Sequuntur folia 137-144 sine scriptura.

(Evangelium a Michaële Archangelo ad Iosephum et Nicodemum missum). Inc. Ἔρχεται ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὧδε, ἵνα ὅστις πιστεύσῃ πρὸς αὐτὸν σωθήσεται f. 145. Des. καὶ αὐτοὶ παραυτίκα ἐγένοντο ἄφαντοι εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἀμήν.

Gregorii Nysseni concio Magno Sabbato (habita). Inc. Ἐπαινετὸς ἡμῖν καὶ οὗτος f. 149.

S. Ioannis Chrysostomi sermones III:

I. In Annuntiationem SS. Deiparae f. 161.

II. In filium prodigum f. 172.

III. In S. Theophania f. 180 v.

Martyrium Apostoli et Evangelistae Marci. Inc. Κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν κερὸν (l. καιρὸν) τῶν ἀποστόλων διαμερισθέντων f. 166 v.

Beati Epiphanii, Episc. Cypri, sermo in Palmas (seu festum Palmarum). Inc. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών f. 185. — Sequuntur folia 187-194 vacua.

(S. Macarii vita a Theophilo, Sergio et Hygino monachis conscripta). Inscriptio prorsus evanuit. Inc. Παρακαλοῦμεν ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ καὶ ἐλάχιστοι μοναχοὶ Θεόφιλος καὶ Σέργιος καὶ Ὑγῖνος πάντας f. 195.

Discretio naturae rerum (seu Quaestiones aliquot Theologicae, potis-

simum de Angelis, de anima). Prooemium inc. Τῶν πραγμάτων τὰ μέν εἰσι κυρίως καλά f. 213. Quaestio prima inc. Ποῖά εἰσι τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα τὰ ὑπὸ Χριστοῦ δωρηθέντα ἡμῖν f. 213. Ultima: De Libero hominum arbitrio. V. codd. 124, 361.

Vita Aesopi (cod. τοῦ ἐσόπου). Inc. Ὁ κατὰ πάντα τὸν βίον γενόμενος βιοφιλέστατος Αἴσωπος f. 219. Des. ἐξεδίκασαν (cod. ἐξεκδίκησαν) αὐτοῦ τὸν θάνατον.

(Aesopi fabulae CVIII, ordine litterarum digestae). Praefatiuncula inc. Αἴσωπος ὁ μυθοποιὸς Φρὺξ μὲν ἦν τὸ γένος f. 258 v. Prima fabula: Ἀετὸς καὶ ἀλώπηξ. Inc. Ἀετὸς καὶ ἀλώπηξ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους f. 259. Ultima inc. Ὡράτιος ὄνομα ἐν ταῖς τρυφαῖς σχολάζων. — Fabulae ipsae plerumque in margine παραβολαὶ nuncupantur. Singulas interpretatio (ἑρμηνεία) claudit, quam vulgo ἠθικόν dicunt. — Fabulas Aesopi alia excipit (de Monachi et Medici colloquio, ex aliquoherontico). Inc. Ἔλεγέ τις τῶν πατέρων, ὅτι μοναχός τις εἰσελθὼν εἰς ἰατρεῖον f. 290 v.

(S. Gregorii Nazianzeni Quaestiones et Basilii responsiones, De temporibus, locis et personis, quorum nomina in S. Scriptura expressa non sunt). Inscriptio graeca madore prorsus deleta. Inc. Γρηγόριος (cod. Γριγ.) εἶπε· Ζαχαρίας ὁ πατὴρ Ἰωάννου ἐν πάσῃ ἐξουσίᾳ εἶδε τὴν ὀπτασίαν ἐν τῷ ναῷ f. 291. Des. τίς ὁ μετὰ τὴν ἐνδεκάτην ὥραν ἐλθών; Ματθίας. — Adnotationes aliquot in margine manu Sylburgii.

270. Chart. in f. saec. XV-XVI, fol. 218. Circa finem desiderantur folia duodecim et amplius.

In Ptolemaei Tetrabiblon interpres anonymus (sic cod.). Inc. Τὰ προοίμια ποιεῖται ὁ Πτολεμαῖος f. 1.

In Ptolemaei Apotelesmaticam Porphyrii philosophi Isagoge. Incipit prooemium: Ἐπειδὴ περὶ τῆς συγκρατικῆς θεωρίας f. 93.

E Demophilo scholia (in Ptolemaei Tetrabiblon). Inc. Ἐπὰν στήσῃς τὸν ἐπικρατήτορα f. 99 v.

Ptolemaei Καρπός, centum aphorismis constans, quorum numeri omnes in margine, f. 107.

(Alexandri) Aphrodisiensis in (Aristotelis) Sophisticos Elenchos commentarius, fine mutilus. Inc. Ὅτι μὲν ὁ περὶ ἀποδείξεως λόγος f. 111. Adnotavit Sylburgius in margine: « *In versione Guilelmi Dorothei plenius est exordium* ». Des. οὐ γὰρ λέγεται κυρίως ὁ ἄνθρωπος τῶν ζώων... Lacuna etiam folio 213.

271. Bombyc. in f. varia manu saec. XIII, fol. 287; madore male habitus, pluribus etiam foliis avulsis. Olim Io. Dernschwamii (de Hradiczin).

Ioannis Zonarae Chronicon, in τμήματα duo divisum, quorum prius

f. 1, posterius f. 125. Lemmata plura in margine, aevo fere deleta, restituit Sylburgius, qui textum etiam pluries rescripsit.

Clauditur nobilissimus codex his possessoris verbis: « *Emi ego Io: Dernschwam CPoli anno Dni. 1554. in Pera siue Galata, a Magnifico Dno. Antonio Kantacuseno pro Centum et Quinquaginta Ducatis Hungaricis in auro. Fuerunt autem familiae Kantacusenorum olim Imperatores CPolitani, nunc vero priuati homines. Et ut liber iste aliquando imprimatur, rogauit dictus Antonius Kantacusenus, atque sibi impressi Exemplaris copia fieret in gratiam conseruati Authoris Zonare* (sic). *Nactus sum propterea secundum Tomum Zonare de Imperatoribus iterum, quem conferendi gratia emi a Dno. Alexandro Chartophilaco* (sic), *pro Triginta Ducatis Hungaricis in auro. Item et alium Libellum Zonare de Rebus Imperii et Ecclesiae a Constantino usque ad Iustinianum Imp: quem ex vetusto Codice transcribere feci. Extat apud quemdam CPoli sacerdotem Liber Zonare de Rebus Ecclesiasticis Regalis etc.* (sic) ».

* 272. Chart. in f. saec. XVI, ab Aristobulo Apostolio (Michaëlis A. filio) in Creta exaratus, fol. *1*-5**, 132. — Romam nunquam delatus, migraverat hic codex ante annum 1622 Wittembergam (unde dictus etiam Wittembergensis III[us]). Anno 1881 Heidelbergam demum, una cum codd. 18 et 264, rediit. Descripsit Sylburgius. Catalogus Pal. Vaticanus haec tantum habet: Ἐλλείπεται (l. ἐλλείπει) αὕτη ἡ βίβλος ἀφαρπασθεῖσα. Insunt:

Lycophronis Cassandra, cum scholiis et metaphrasi Isaaci Tzetzae f. 4*. — Ad calcem subscriptio librarii: ἀριστόβουλος ἀποστόλ(ης) ἱεροδιάκονος καὶ ταύτην τὴν βίβλον ἐν κρήτῃ ἐξέγραψα.

Michaëlis Apostolii Byzantii responsio ad eos, qui Occidentales Orientalibus praestare dixerant philosophia aeque ac theologia, imprimis Scotum; ubi et de modo primae Filii generationis, et de processione Spiritus Sancti, f. 121.

Eiusdem ad Fridericum Imp. oratio, Aristonymo Byzantino rogante scripta; imperfecta. Inc. Ἔδει τὸν ἐπιβαλλόμενον, γαληνότατε βασιλεῦ f. 128.

273. Bombyc. in f. saec. XIII, festinanter scriptus, fol. 274.

Enarrationes in Lucae Evangelium (scil. in capita duo priora, ex Cyrillo, Ioanne Chrysostomo, Severo, aliisque), praevio indice. Folia tineis arrosa. Inc. Εὐαγγέλια καλοῖντ' ἄν, οὐκ ἐπειδὴ βέβαια, f. 1-4, 271-274.

S. Cyrilli Alexandrini (Enarrationes in X Prophetas minores):

I. in Habacuc τόμος πρῶτος. Inc. Διεσκεύασται μὲν ἡμῖν εὖ μάλα σαφῶς f. 5.

II. in Michaeam (cod. Προφητεία Μιχαίου). Inc. Εἰς μὲν ἅπασι τοῖς ἁγίοις προφήταις f. 38.

III. in Amos τόμος πρῶτος. Inc. Ἀμὼς γέγονεν αἰπόλος f. 82 v.

IV. in Ioël τόμος πρῶτος. Inc. Προφητεύει μὲν ὁ θεσπέσιος Ἰωήλ. f. 136. — Tomus alter inc. Καὶ ἐζήλωσε Κύριος f. 150.

V. in Sophoniam. Inc. Λόγος Θεοῦ, ὃς ἐγενήθη f. 163 v.

VI. in Malachiam τόμος πρῶτος. Inc. Καὶ περὶ τῆς τοῦ Μαλαχίου προφητείας f. 189.

VII. in Naum τόμος ᾱ. Inc. (Ἕ)καστος τῶν ἁγίων προφητῶν f. 215 v.

VIII. in Abdiam. Inc. (Ἀ)βδιοῦ δὴ πάλιν προφητεύει f. 234 v.

IX. in Ionam. Inc. (Ὁ) θεσπέσιος Ἰωνᾶς f. 238.

X. in Aggaeum. Inc. (Τ)ῆς Ἀγγαίου προφητείας f. 248.

THEODORETI, Cyri Episcopi, in Oseam Prophetam (commentarius). Inc. Λόγος Κυρίου, ὃς ἐγένετο πρὸς Ὠσηέ f. 259.

Clauditur codex folio membranaceo eiusdem aetatis a nostro prorsus alieno, in quo fragmentum, initio mutilum, (Homiliae? in Marci Evangel. cap. VI). Inc. ... τε, ὡς ὀμόσαι καὶ τὰ ἡμίση δοῦναι τῆς βασιλείας.

274. Membr. et bombyc. in f. saec. XIII, fol. 203; eadem manu sed non uno tenore scriptus, alicubi adesus.

EUTHYMII ZIGABENI (cod. Ζυγ.), Panopliae dogmaticae liber primus, undecim titulis constans, quorum primus: De Deo uno et trino, ultimus: Contra Arianos et Eunomianos; cum indice rerum. — Praefigitur Panopliae, Alexii Comneni iussu ex Patrum scriptis contextae, Prologus metro iambico, binis columnis, versibus constans XLIV. Inc. Πρόγραμμα βίβλου τῆσδε τῆς τῶν δογμάτων· || Ἀλεξίου φρόντισμα καὶ γλυκὺς πόνος, || Ῥώμης βασιλεύοντος εὐσεβῶς νέας. — Inceperat librarius Panopliam minutissimis describere litteris; dein resipiscens initium iterum transcripsit litteris grandioribus et sic ad finem usque perrexit. Liber alter deest. Clauditur codex Epilogo fere evanido.

275. Chart. in f. a Michaële Apostolio saec. XV exaratus, fol. 232, quorum plura in principio et fine sine scriptura. Possidebant olim Carolus quidam et Georgius ὁ Βαλσαμάς.

Foliis prioribus insunt, praeter indicem latinum, nomina duorum codicis possessorum, inter quae illud Caroli, cuius laudes amicus Musurus, ut videtur, tribus hisce distichis praedicat: Κάρλου κτῆμα τόδ' ἐστίν, ὃν ἱλαροῖσιν Ἀπόλλων || εἴσιδεν ὀφθαλμοῖς ἐς φάος ἐρχόμενον. || Κάρλου κτῆμα τόδ' ἐστὶν ὁ χρυσοκόμας ὃν Ἀπόλλων || ἵλαος εὐμειδὴς εἴσιδε τικτόμενον. || Κτῆμα τεὸν τόδε, Κάρλε, τὸν ἔδρακεν ἄρτι νεογνὸν || γηθόσυνος χαίρων Φοῖβος ἀκερσεκόμας f. 8 v. (vid. cod. 261).

LIBANII Declamationes XI, cum latina interpretatione inter lineas, f. 9. Prima: Menelai ad Troianos pro Helena; postrema: Monodia super

exusto Apollinis templo. — Inter primam et secundam Libanii interposita est Aristidis declamatio, quae inscribitur: ad Achillem Legatio f. 23 v.

Libanii Sophistae et Quaestoris epistolae CC f. 98 v. Prima ad Clearchum; ultima ad Aristaenetum.

Michaëlis Apostolii (Ἀποστόλη, sic ipse auctor) Byzantini, pro (Gemisto) Plethone, adversus Theodori Gazae reprehensiones, Apologia, contra Aristotelem de Substantia. Inc. Ἔδει Πλήθωνα, εἴπερ αὐτῷ Ἀριστοτέλης f. 177.

Eiusdem Menexenus, seu de Trinitate, dialogus, cuius personae sunt: Menexenus Cydonius, Diophanes Gortynius, Laonicus Byzantius. Inc. Προλογίζει ὁ Διοφάνης· Ποῖ δὲ καὶ πόθεν, ὦ φίλε Μενέξενε f. 183.

Eiusdem Oratiunculae VI:

I. Ad socerum, quod ad secundas nuptias transiisset, iratum, oratio deliberativa. Inc. Ἐν ἄλλοις τῶν ἀναγκαίων f. 185 v.

II. Allocutio ad Imp. Constantinum (Palaeologum), qua continetur et fidei confessio. Inc. Πολλῶν ὄντων, θειότατε βασιλεῦ f. 188.

III. Allocutio ad sapientissimum Ioannem Argyropulum, magistrum suum, gratulans ipsi de auspiciis muneris publice docendi (CPoli) in Xenodochii Museo (cod. ἐν τῷ τοῦ ξενῶνος καθολικῷ μουσείῳ). Inc. Τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνθρώπων f. 189 v.

IV. Monodia in Manuelem Calotaram. Inc. Δίκαιόν ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις f. 191.

V. Oratio funebris in Galatenum. Inc. Φίλον ἄνδρα καὶ ἀγαθὸν f. 192 v.

VI. Oratio ad S. Trinitatem, ante Communionem dicenda. Inc. Θεῷ πατρὶ ἀναιτίῳ βασιλεῖ f. 194.

Eiusdem Epistolae LXV: Ad Gemistum (cod. Γεμισθῷ) Plethonem, Manuelem (Chrysoloram), Laonicum (Chalcondylam), Marcum (Musurum), Michaëlem (Marulum), Ioannem (Chrysoloram), Cardinalem Bessarionem, (Petrum) Calergem, aliosque f. 196. Est et ipsius Bessarionis ad Apostolium (cod. Μιχαήλῳ τῷ Ἀποστόλῃ) pro Gaza responsio. — Epistolas excipit eiusdem Michaëlis Ap. Allocutio ad Card. Bessarionem, Episcopum Tusculanum et Patriarcham CPolitanum (f. 225 v.), cum interpretatione latina inter lineas. — Clauditur demum codex duobus eiusdem Apostolii responsis ad Aristonymum quemdam Cretensem, rogantem quid in vita sit dulcius, quid acerbius. — Sequuntur folia 228-232 sine scriptura.

Ad calcem Libanii epistolarum (f. 176 v.) subscriptio librarii, qui et reliqua codicis folia, quae sua ipsius opuscula complectuntur, exarasse videtur: μιχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος μετὰ τὴν τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἅλωσιν πενίᾳ συζῶν, καὶ τόδε τὸ βιβλίον ἐξέγραψεν.

276. Chart. in f. a sacerdote Ioanne Rhoso Cretensi anno Chr. 1468 Venetiis descriptus, fol. 144. — Folio praevio membranaceo inest fragmentum Antiphonarii latini, cum notis musicis, manu saec. XII. Inc.... *ergo diebus exhibeamus nos sicut dei ministros.*

SIMPLICII, magni philosophi, in Epicteti Enchiridion commentarius, constans capp. LXIX, praevia Epicteti Vita, f. 1. Ultimo capiti subiungitur Prologus. — Sequitur oratio ad Deum, quae inc. Ἱκετεύω σε, δέσποτα, ὁ πατὴρ καὶ ἡγεμὼν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου. In ultimis foliis plures inscriptiones inchoatae tantum; plerasque etiam combibit charta.

Clauditur codex librarii subscriptione: ἐμετεγράφη (sic cum duplici augmento) τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰωάννου ἱερέως ῥώσου τοῦ κρητός. ἐν ἔτη (sic) ἀπὸ τῆς χ(ριστ)οῦ γεννήσεως ͵αυξη΄ μαρτίῳ κ΄ ἐν βενετίᾳ.

277. Chart. in folio parvo, saec. XV, fol. 279, quorum duo ultima sine scriptura.

DIONYSII HALICARNASSENSIS (Ars Rhetorica ad Echecratem) f. 4. Capitibus constat XII, quorum primum: De Panegyricorum methodo; ultimum: De Orationum examine.

Eiusdem (ad Ammaeum), de Thucydidis proprietatibus f. 37 v.

Eiusdem de Verborum compositione, ad Rufum Metilium, cum lemmatis in margine, f. 42.

DEMETRII PHALEREI liber de Elocutione (Περὶ ἑρμηνείας, ὅ ἐστι φράσεως) f. 77 v. Primum caput: De Periodo; postremum (XXII): De Laevitate.

APSINIS Rhetoris (Ars Rhetorica) f. 104 v. Primum caput: De Prooemiis; postremum (XXIII): Περὶ πάθους.

Eiusdem de figuratis Problematis f. 144 v.

MINUCIANI, sive NICAGORAE, de Epichirematis f. 147 v.

ARISTIDIS (Rhetoris), Περὶ τοῦ πολιτικοῦ λόγου, (sive de civili ac forensi Dictione), f. 151.

Eiusdem de simplici Dictione f. 169, — Monodia super Smyrna f. 276 v.

MENANDRI Rhetoris Διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν (sive Divisio causarum in genere demonstrativo) f. 185. Primum caput: De Hymnis in Deos; postremum (XXVI): De Prooemio. — Subscripsit librarius: τῷ θεῷ δόξα, ἀμήν. — Sequuntur folia 225 v.-227 sine scriptura.

LIBANII Sophistae Progymnasmata XXXII f. 228. Primum: De illo Alexandri, qui de thesauris interrogatus, designavit amicos; postremum: Vituperatio divitiarum. Varias lectiones ex codice quodam Barberino in tria Progymnasmata (f. 236 v. 240 v. et 254) ad marginem adscripsit manus saeculi XVIII.

278. Membr. in f. (f. 1-88) et chart. (f. 89 ad finem), varia manu saec. XV, fol. 301. Olim Marcantonii τοῦ κοντο... καὶ τῶν φίλων τῶν καλλῶν (sic pro καλῶν) μόνον (f. 2), et Georgii Cantacuzeni (f. 174 v.).

(Emmanuelis Chrysolorae) Erotemata f. 5. Exeunt in verba anomala, quorum ultimum πάσχω, πείσομαι.

Isaaci Argyri Canonum Persicorum exegesis. Inscriptionem fere obliteratam restituit Sylburgius. Inc. Ἡ τῶν Περσικῶν κανόνων f. 13.

Eiusdem cyclorum solarium et lunarium Methodi, et eorum, quae illis sunt consequentia, ad Andronicum Oenaeotam. Inc. Ἐπειδὴ τοὺς ἄλλους τῶν νῦν σοφῶν παραδραμών, ὦ θειότατ' ἀνδρῶν f. 27 v. Continuatio folii 28 v. quaerenda folio 83 v. in fine canonum (v. supra).

(Eiusdem Methodus anni Persarum inveniendi). Inc. Εἰ θέλεις εὑρεῖν τὸ ἔτος τῶν Περσῶν f. 87 v. — Quae sequuntur astronomica, nullo auctoris nomine in codice insignita, eidem omnia Isaaco Argyro videntur adscribenda.

Multiplicationum tabulae f. 89.

De Solis et Lunae congressu, eorumque diametro. Inc. Σύνοδός ἐστιν ὁπηνίκα εἰς τὸ αὐτὸ ζῴδ(ιον) f. 97.

De Solis eclipsi, quam Persae μουσοὺφ nuncupant. Inc. Τὸ αὐθημερινὸν ἡλίου καὶ σελήνης f. 100 v.

Περὶ τῆς κατὰ μῆκος ψηφηφορίας τῶν συνδεσμῶν etc. seu De Computatione coniunctionum per longitudinem, quas Persae Caput et Caudam nominant. Inc. Περὶ τοῦ πλάτους τῆς σελήνης f. 115.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς τῶν ὡρῶν τῆς ἡμέρας ὁποιουδήτινος κλίματος βούλει etc. Inc. Αἱ ἅπαξ ἑνὸς χρόνου ἐκβληθῆσαι (sic) ὧραι f. 117.

Περὶ ἐκθέσεως τοῦ θεματίου, seu De Tabulae astronomicae explicatione. Inc. Τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου εἰς ιβ ἴσα διῃρημένου f. 117 v.

Περὶ μετακλίσεως ἡλίου κἂν τε βορεία κἂν τε νοτία ὑπάρχει, seu De Solis sive ad septentrionem sive ad austrum inclinatione. Inc. Περὶ μοίρας ὡροσκοπούσης f. 119 v.

Περὶ τῆς καταλήψεως τοῦ ὑψώματος ἡλίου κατὰ τὸ μέσον ἡμέρας εἰς πάντα τὰ κλίματα, seu De Solis altitudine medio die in omni climate invenienda. Inc. Τηρεῖται ἡ ἀκριβὴς ἐποχὴ τοῦ ἡλίου f. 120.

Περὶ τῆς ψηφηφορίας ἑκάστου τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων, seu De Computatione stellarum inerrantium. Inc. Ἑκάστου τῶν ἀπλανῶν ἀστέρος f. 120 v. — Integrum tractatulum sequuntur folia 121-123 sine scriptura.

De Methodo inveniendi Horoscopum seu natalitium sidus. Inc. Ὡροσκόπον ὀνομάζουσιν οἱ ἀποτελεσματικοί f. 123 v.

Περὶ ζῳδίου μεσουρανοῦντος, seu De signis Zodiaci in medio coelo. Inc. Ἡ δὲ μεσουρανοῦσα μοῖρα τοῦ ζῳδιακοῦ f. 124.

De Horoscopo meridiano et mesonyctico. Inc. Ζητεῖται ἡ ἀκριβὴς ἐποχὴ

τοῦ ἡλίου f. 124 v. — Integrum libellum excipiunt folia 125 v.-126 sine scriptura, paucis exceptis.

(Περὶ τοῦ νυχθημέρου, seu De noctis dieique spatio). Inc. Νυχθήμερόν ἐστι χρόνος μιᾶς ἡλίου περὶ γῆν περιφορᾶς f. 127. Fine caret.

Aristidis declamatio (Πρεσβευτικός): ad Achillem legatio per Ulyssem f. 143.

Libanii (declamatio): Responsio Achillis ad Ulyssem f. 150, — (Declamatio): Filii a patre ob risum exheredati f. 167, — Epistola ad Anatolium f. 171 v.; sequuntur integram epistolam pars extrema folii 172 et folia 172 v. ad 174 sine scriptura, — In Imp. Iulianum Oratio funebris f. 175, — In eundem Monodia f. 229, — (Declamationes IV), quarum prima: Legatio ad Troianos pro Helena f. 235; postrema: Morosi expostulatio cum loquaci uxore f. 279 v.

(Ad Deiparam Virginem precatio), prolixa et soluta oratione. Inc. Παρθένε δέσποινα θεοτόκε, ἡ τὸν Θεὸν Λόγον κατὰ σάρκα γεννήσασα f. 289 v. — Integram orationem sequuntur folia 292-293 sine scriptura.

(In illud Christi: De die autem illa et hora nemo scit). Inc. Ἐζητημένον ἤδη παρὰ πολλοῖς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητόν (Matth. XXIV, 36) f. 294. — Praecedunt nonnulla (in Iacobi epistolam, cap. I, 23). Inc. Ὁ ἐν τῷ καθαρῷ κατόπτρῳ τὴν γενομένην τῆς μορφῆς ἔμφασιν κατανοήσας.

(Epistola de Papae cuiusdam Romani obitu). Inc. Ἀπήτει μὲν τὰ συμβάντα τὴν ὑμῶν αὐτῶν παρουσίαν f. 299.

Folio 174 v. haec leguntur, minio descripta: τὸ παρῶν (sic) βιβλίον ὑπάρχη (sic) τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀρχοστρ(ατήγου) κυροῦ γεωργ(ίου) τοῦ καντακουζηνοῦ· ἐνέτυχον δὲ αὐτὸς τοῦτο (sic) ἐν τῷ σμεντερόβῳ (sic) ἐν μηνὶ μαΐῳ λα'. ἰνδ. β'. τοῦ ͵ϛϡξβ'. ἔτους (= 1454): † δημήτρ(ιος) λάσκαρις, ὁ νοτάριος.

279. Ἐλλείπει, ὅτι ἐκ πολλοῦ ἀφηρπάσθη: sic Catalogus Palat. Vaticanus. Codicem nunquam in manibus habuit Leo Allatius. In locum eius suffectus est hicce chart. in 8, saec. XIV-XV, fol. *a-c* 354; fine mutilus. — In summa marg. folii *a* legitur nomen τοῦ Σταφίδα. Infra, index graecus copiosissimus, ex quo patet plura in fine codicis desiderari.

Hippocratis Aphorismorum τμήματα duo priora, cum scholiis; fine mutila. Sectio prima inc. Ὁ βίος βραχύς. Schol. inc. Τὸ τοῦ βίου ὄνομα πολλαχῶς εἴρηται f. 1. Praeit definitio aphorismi. Sectio altera inc. Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει. Schol. inc. Ἐν τῷ παρόντι ἀφορισμῷ f. 13 v. Ultimus aphorismus: Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα etc. sine scholio.

(Excerpta ex Michaëlis Pselli omnigena Doctrina):

(Ex cap. XVII): Quodnam primum elementum, a quo mundum condere coepit Deus? Inc. Μωῦσῆς μὲν ὁ θεόπτης f. 25.

(Ex cap. XVIII): Unde homines rotitiam Dei acceperint. Inc. Ἔννοιαν ἔσχον Θεοῦ ἄνθρωποι f. 25.

(Ex cap. XIX): Pluresne sint homines an angeli? Inc. Ἐλάττους τῶν ἀνθρώπων f. 25 v.

(Ex capp. XX-XXVIII, seu capita IX): De Mente: I inc. Οὐ πᾶς νοῦς μετέχεται f. 26, — II inc. Πᾶς νοῦς ἑαυτὸν νοεῖ f. 26, — III inc. Πᾶς νοῦς καὶ τὴν οὐσίαν f. 26, — IV inc. Πᾶς νοῦς οὐσία ἐστὶν ἀμέριστος f. 26, — V inc. Ὅτι ὁ μετὰ τὸν ἀμέθικτον νοῦς f. 27, — VI inc. Πάντα τὰ νοερὰ εἴδη f. 27 v. — VII inc. Πᾶς νοῦς πλήρης ἐστί f. 27 v. — VIII inc. Πᾶν νοερὸν εἶδος f. 28, — IX inc. Νοερὰ μὲν καὶ ἡ ψυχή f. 28.

(Ex cap. XXIX): De Anima. Inc. Πᾶσα ψυχὴ ἢ θεία ἐστίν f. 28 v. Pauca sunt, quae exeunt in verba ἡμεῖς γὰρ καὶ ψυχὴ ταὐτόν.

Hippocratis Aphorismorum τμήματα seu sectiones VI, cum Galeni commentario:

Sectio I, praevia Galeni praefatione quae inc. Σκοπός ἐστι τῷ συγγραφεῖ f. 30. — Comm. inc. Νῦν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν f. 31 v.

S. II. Comm. inc. Ὅτι μὲν αὐτῷ (sic) ὁ πόνος τὴν βλάβην f. 75 v.

S. III. Comm. inc. Ἐν τῷ τρίτῳ τῷ εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς f. 107 v.

S. IV. Comm. inc. Αἱ πρὸς τὰς μήτρας συμφύσεις τῶν ἐμβρύων f. 133 v.

S. V. Comm. inc. Τοῖς ἐλέβορον (sic) ἀληφόσι (l. εἰληφόσι) λευκὸν δηλονότι f. 164.

S. VI. Comm. inc. Ἐν τῷ παρόντι ἀφορισμῷ f. 189 v. — Clauditur subscriptione metrica, quam librarius ex vetere suo exemplari sine dubio descripsit (f. 209 v.): Ἔφθασεν ἡ ναῦς ἐκ πλάτους (τῆς) θαλάσσης, || ἐκ τοῦ κλύδωνος καὶ πάσης τρικυμίας, || πρὸς τὰ στενωπὰ τοῦ γλυκυτάτου ὅρμου, || πᾶσαν λαθοῦσα τῶν κυμάτων τὴν ζάλην· || καὶ νῦν ὁ γραφεὺς τῆς παρούσης πυκτίδος, || λήθῃ παραδοὺς τῆς γραφῆς μακροὺς πόνους, || ἀφωσιεῖται τὴν τέρψιν πᾶσαν, τὴν λύπην (l. ἀφοσιοῖ τε τέρψ. πᾶσαν καὶ λύπην?) || καὶ τῇ Τριάδι ὕμνον ἄληκτον νέμει.

(Fragmentum grammaticum, initio et fine mutilum, de Praepositione πρός cum casu dativo vel accusativo coniuncta). Inc. . . . πρὸς τῷ θανεῖν ἦν ἢ ἐγένετο, ἢ ἔστι. Des. οἷον ἀπῄειν πρὸς Σωκράτην καὶ ἀπῆλθον πρός . . . Hoc fragmentum in folio legitur lacero, inter f. 209 et 210 interposito. A tergo, fragmentum inscriptum: Περὶ ἀπίων καὶ ἑτέρων ὀπωρῶν, seu de piris et aliis fructibus.

An medicamenta, luna decrescente, adhibenda. Inc. Ὅτι κατ' ἐκείνην συνδιατιθεμένων τῶν σωμάτων f. 210.

Interpretatio aliquot vocum. Inc. Ἐφηλία (l. ἐφηλίς), ἡ τοῦ ἡλίου καῦσις f. 210 v. — Ibidem, nonnulla de Praepositionibus, quibus cum casibus copulentur. Inc. Ἡ ἐν πρόθεσις μετὰ δοτικῆς συντάσσεται.

Fragmentum de Pomis punicis, peponibus, ficis etc. f. 211.

De Phlebotomia; excerpta ex GALENO et PAULO AEGINETA. Inc. Οἱ πρῶτοι καὶ κυριώτατοι σκοποὶ τῆς φλεβοτομίας f. 212 v.

De eadem, iterum ex GALENO. Inc. Διηγήσατό ποτε ὁ σοφὸς ἰατρὸς Γαληνός f. 213 v. — Ex PAULO AEGINETA. Inc. Ὁ τῆς φλεβοτομίας τρόπος f. 214 v. — Ex libro Syriaco. Inc. Ἡ κεφαλὴ ἔχει φλέβας κ'. f. 216.

(NICOLAI MYREPSI, de Compositione medicamentorum?). Inscribitur liber: Δυναμερὸν (sic) σὺν Θεῷ τῶν σκευασιῶν. Inc. Ἀρχὴ καὶ πρώτη σκευασία τοῦ νάρδου f. 219. Multa superstitione plena. Medicamenta aliquot Iuliano, Philoni (medico), Chrysippo, Evangelistis Lucae et Ioanni adscribuntur. — Aliae σκευασίαι etiam f. 271 v.

Ex GALENO, Περὶ ἀντιβαλλομένων, (seu de Succedaneis). Inc. Ἀντὶ ἀκανθίου σπέρμα λυχνίς f. 266.

Lexicon botanicum, litterarum ordine digestum. Inc. Ἀείζωον, τὸ ἀμάραντ(ον) f. 269. Des. Ὤχρα γίνεται ἐν τῇ Κύπρ(ῳ) f. 271.

De Homine. Inc. Ἰστέον ὅτι ὁ ἄνθρωπος f. 275.

Ἐρωταποκρίσεις (seu Quaestiones et responsiones medicae). Inc. Τί ποιεῖ ἡ ἡσυχία; ἀσάλευτα τὰ ὑγρὰ τηρεῖ f. 276.

Ex GALENO, de Medicamentis stomacho idoneis. Inc. Ἅπερ ἀεὶ λέγω, καὶ νῦν ἐρῶ f. 277.

De Stomachi morbis sine inflammatione. Inc. Εἴρηται πολλάκις, ὡς τὸ τῆς γαστρὸς στόμα f. 279.

MAGNI EMESENI iatrosophistae liber de Urinis, ἀπὸ τῆς φωνῆς Θεοφίλου (Protospatharii). Inc. Τὴν περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς πραγματείαν f. 292. — Idem liber supra, folio 280 v., contractior. Inc. Τῶν οὔρων αἱ διαφοραὶ πολλαὶ μέν.

Ex GALENI libro de Crisibus. Inc. Ὅτι εἷς μὲν τρόπος λύσεως παθημάτων f. 307.

Ex GALENO, de Corporis humani structura. Inc. Ἐγὼ Γαληνὸς πεπειραμένος f. 311.

De Febrium diagnosi et curatione, ex AËTII libris, fragmentum fine mutilum, f. 312 v.

*Codici Palatino inerant, ut ex Sylburgii catalogo compertum est:

I. Acta quinti Concilii Oecumenici CPolitani sub Iustiniano Imp. celebrati, contra Severum et Zooram, Petrumque et Anthimum haereticos.

II. Origenis sermo de Catechesi.

III. Theodori, presbyteri Rhaethini, Praeludium de modo Incarnationis Christi, et quae erroribus super illa opponenda sint. Primum caput: de Manentis opinione; postremum: de Relatis (sic).

280. Membr. in 4, saec. XV, fol. 127; nitide exaratus.

APOLLONII Rhodii Argonauticorum libri IV, cum scholiis uberrimis in margine, et glossis inter lineas rubris litteris, aevo valde consumptis, f. 1 v. — Subiungitur Apollonii Vita, quae inc. (Ἀ)πολλώνιος ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητής f. 125 v.

*281. Membr. in f. a Nicolao calligrapho anno 1040 egregie scriptus, optime asservatus, fol. 181. Olim Leonardi Iustiniani. Ex codicibus Parisios primum translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Catal. Pal. Vaticanus, Hasius (p. 286) et paucis Wilkenius (p. 282). Insunt:

(MICHAËLIS PSELLI) Compendia quinque:

I. Philosophiae, seu Logices. Inc. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν f. 1.

II. Arithmeticae. Inc. Μέλλοντί μοι καὶ περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν f. 51. — Praefigitur senariolus litteris rubris, cum hic tum in sequentibus compendiis.

III. Musicae. Inc. Μουσικὴν οἱ παλαιοὶ συνέχειν εἶπον f. 64.

IV. Geometriae. Inc. Σημεῖόν ἐστιν οὗ μέρος οὐδέν f. 70.

V. Astronomiae. Inc. Σφαῖρά ἐστι σχῆμα στερεόν f. 97.

(Eiusdem?) de Anima opiniones. Inc. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων αἱ μέν εἰσιν ἄλογοι f. 115.

(Excerpta ex LEONTIO, Hierosolymitano monacho). Inscripta est haec epitome, rubris litteris: Ἀπὸ τῶν Λεοντίνων. Inc. Ὅτι οὐ ταὐτὸν ὑπόστασις f. 153.

PHOTII ex Amphilochiis (caput XXXVIII) f. 158.

THEODORI ABUCARAE scripta X:

I. Haeretici et Orthodoxi de Deo et Divinitate dialogus. Inc. Αἱρετικός· Πότερόν σοι δοκεῖ f. 159 v. Auctoris nomen omissum est.

II. De Dei nominibus. Inc. Τὸ Θεὸς ὄνομα ἀπό τινος ἐνεργείας εἴρηται f. 160 v.

III. Dialogus demonstrans Patrem semper generare, Filium autem semper generari. Inc. Πότερον σοι δοκεῖ· πᾶν τὸ εἰς πέρας f. 162.

IV. Disputatio cum Nestoriano. Inc. Ὀρθόδοξος· Ἰδοὺ πάρεστιν ἀγών f. 164.

V. Dissertatio cum Iacobita. Inc. Αἱρετικός· Πότερόν σοι δοκεῖ· ὁ Χριστὸς θεὸς ἢ ἄνθρωπός ἐστιν f. 166.

VI. De differentia peculiari. Inscribitur: Περὶ τῆς ἰδιαίτατα διαφορᾶς. Inc. Ἡ ἰδιαίτατα διαφορὰ διχῶς λέγεται f. 167. Incertum an sit Abucarae, tacente codice.

VII. De Tempore, (seu Tempus an sit in tempore). Inscribitur: Τοῦ θεολόγου περὶ χρόνου. Inc. Ἐρώτησις· Ὁ χρόνος ἐν χρόνῳ ἢ οὐκ ἐν χρόνῳ f. 167.

VIII. Brevis doctrina de divinis nominibus, tam communibus SS. Trinitatis quam propriis cuiusque personae. Inc. Ἔστιν ὀνόματα κοινὰ διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος f. 169 v. Omissum auctoris nomen.

IX. Quaestio quam Origenista fideli proposuit. Inc. Ὁ ἄπιστος· Ποία δικαιοσύνη f. 171. Tacet codex auctoris nomen.

X. De Omnipotentia Dei. Inc. Ἐρώτησις· Οὐχί φησιν ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ f. 172.

Μουσικοῦ κανόνος κατατομή, seu Musici canonis epitome. Inc. Ἡ τοῦ κανόνος κατατομὴ γίνεται f. 174. — Sequuntur capita duo: I Περὶ καταπυκνώσεως, seu de Condensatione. Inc. Καταπυκνοῦται τοῦ ἐπογδόου τόνου f. 176. — II De Analogiis. Inc. Ἀναλογίας δὲ ὁ μέν f. 178. — Ipsi Epitomae praemittuntur tabulae duae rubris litteris inscriptae: Ἡ κοινὴ ὁρμασιὰ ἡ ἀπὸ τῆς μουσικῆς μεταβληθεῖσα f. 173. Similis tabula etiam folio 173 v. rubris pariter litteris inscripta: Ὁ κανών.

Ad calcem codicis librarii subscriptio, miniatis litteris uncialibus: ἐγράφη ἡ βίβλος αὕτη διὰ χειρὸς νικολάου καλλιγράφου· μηνὶ ἰανουαρίωι ιδ. ἰνδικτιῶνος ὀγδόης· ἔτους ͵ϛφμη· ἐκ πολλῶν πονημάτων ῥωμανοῦ ἀσηκρῆτις (= a secretis) καὶ κριτοῦ σελευκείας συλλεγεῖσα· τοῦ καὶ αὐθέντου μου· οἱ ἀναγινώσκοντες αὐτήν, εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ.

282. Membr. in f. saec. XIII-XIV, fol. 292, praeter duo folia praevia, nullo signata numero; minutis ac nitidis litteris; initio mutilus. Alicubi iota mutum subscriptum, alias ad latus inferius positum. Clauditur verbis: ἡ βίβλοσ (sic) αὕτη *Leonardi Iustiniani Veneti* ἔστιν· ἔτι δὲ καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ: *Francisci Philelfi*. — Testatur (secundo fol. praevio, a tergo) Leo Allatius, qui variam lectionem in marg. addidit, contulisse se cum codice quodam Barberino Orationes Libanii πρὸς Ἀναξέντιον (pag. 161); πρὸς τὸν βασιλέα (p. 140); πρὸς Εὐστάθιον τὸν Κάρα (p. 142). In fronte codicis schedula, in qua index latinus, cum paginarum (i. e. foliorum) indicatione; et folio primo praevio, a tergo, index graecus, eadem qua codex manu descriptus.

Libanii scripta LXIII, cum inscriptione in fronte et ad calcem: I. De Vita et fortuna sua f. 1. — II. Ad Impp. Constantem et Constantium f. 27. — III. In Iulianum Imp. Consulem factum f. 43. — IV. Ad eundem compellatio f. 50. — V. Ad eundem pro Aristophane f. 53 v. — VI. Pro Antiochensibus ad eundem legatio f. 59. — VII. Ad Antiochenses, de Imperatoris ira f. 66. — VIII. Monodia in Nicomediam, incendio et terrae motibus subversam f. 70. — IX. Monodia in Apollinis fanum, in Daphnensi luco (exustum) f. 72. — X. Monodia in Iulianum f. 73. — XI. In eundem funebris Oratio f. 75 v. — XII. Ad Imperatorem pro Templis f. 97. — XIII. De ulciscenda Iuliani nece f. 102 v. — XIV. Ad Theodosium Imp.

(De Eclipsium significatione per singulos menses; Meteoroscopica alia, et de Terrae motibus). Praeit index in capp. XXV primi mensis, i. e. Octobris. Ceteri menses et sua habent capita, sed in margine notata. Inc. Μὴν Ὀκτόβριος (sic) ἔχων ἡμέρας λα', ὥρας ια', καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιγ'. Τοῦτων τὸν μήνα ἔχουν οἱ Ἕλληναις ἀρχὴν ἔτους· δι' αὐτοῦ δὲ τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου ἄρχεται (sic omnino codex, in quo tot fere menda quot verba) f. 146.

Epiphanii, Archiepiscopi Cypri, Physiologus (Physiologia) cuiusque animalis, ferarum ac volucrum. Sic inscriptio, quae ita pergit: ἄρχεται περὶ τοῦ λέοντος βασιλέως τετραπόδων· (περὶ) οὗ Ἰακὼβ εὐλογῶν τὸν Ἰωσὴφ ἔλεγε· Σκύμνος etc. (Gen. XLIX, 9). Inc. Λέων τρεῖς φύσεις ἔχει f. 165. — Ἑρμηνεία inc. Οὕτως καὶ τὰ ἄπιστα ἔθνη, διὰ τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ ἐγέρσεως. Opus, fine mutilum, exit in caput de Monocerote, et quidem in verba: καὶ ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος (cod. μόνοτος) τὸ κέρας ἡμῶν ... — Sequitur spatiolum vacuum.

(Fragmentum fine mutilum de Epactis) f. 174 v. Codex pro ἐπακταί habet constanter ἐπαχθαί.

(Fragmentum, fine mutilum, Historiae Sacrae, ab Adamo usque ad Nebroth seu Nemrod). Inc. Ὅτε Ἀδὰμ καὶ Εὔα ἐξῆλθον ἐκ τοῦ παραδείσου παρθένοι τῷ σώματι f. 175. Des. ἐκτίσθη ἡ μεγάλη Βαβυλών, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ Νεβρώθ ... — Folia 176-177 v. fere vacua.

Symbolum Apostolorum. Inc. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν f. 177 v.

(Fragmentum, initio ac fine mutilum, Commentarii in Matthaeum). Inc. ... διατί λάθρα τούτους (i. e. Μάγους) ἐκάλεσεν; f. 178. Clauditur ultima Ἑρμηνεία verbis: μετέδωκεν τὸ μυστήριον τοῖς ἄλλοις μαθητές (sic pro μαθηταῖς). Singulis ἑρμηνείαις praefigitur κείμενον, seu textus. Non explanantur versiculi omnes cuiusque capitis, sed nonnulli tantum.

De VII Mysteriis (seu Sacramentis) fidei orthodoxae. Inc. Πρῶτον μυστήριον τῆς ἐκκλησίας f. 187 v. — De VII Peccatis capitalibus. Inc. Πρῶτον ἁμάρτημά ἐστιν ἡ ὑπερηφανία f. 188.

Grigentii (cod. τοῦ ἁγίου Γριγεντίου) Archiepiscopi disputationes tres cum Iudaeo Erban. Prima διάλεξις inc. Τῆς νυκτὸς διελθούσης, καὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀνατείλαντος f. 188 v.

(Quaestiones variae theologicae) f. 233 v. Desumptae videntur ex opere scriptoris alicuius, cui nomen est Constantinus: ἐκ τοῦ παγιō (sic, fort.

παναγιωτάτου) κωνσταντίνου. — Quaestio I Unde nomen Deus. Inc. Παρὰ τῷ θῷ τὸ (sic) κατασκευάζω καὶ ποιῶ· ἢ τῷ τρέχω f. 233 v. — II Nomen Adam quid contineat, — III Quot annos manserit Adam in Paradiso, — IV Iustorum animae quo sint in loco, — V Quot Angelorum agmina, — VI De XII superbiae capitibus, — VII Quot genera peccati et quot poenitentiae. Vide infra alias quaestiones.

De IV Evangeliis, quo tempore et a quibus scripta. Inc. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν f. 235.

Schematum Evangeliorum explicatio. Inc. Λέων τὴν βασιλείαν· βοῦς τὴν γεωργίαν f. 235. — Sequuntur ibidem: I. De Septem Caini peccatis, — II. Responsio medici ad monachum (ex Gerontico). Inc. Ἐρωτηθεὶς παρὰ μοναχοῦ τις ἰατρός.

(Quaestiones theologicae): I De triginta denariis Iudae solutis f. 235 v. — II De VII Baptismis f. 235 v. — III An peccatorum animae missis et eleemosynis, quae pro illis fiunt, adiuventur f. 236.

A Magarismo ad Ecclesiam se convertentes (cod. ἐπὶ χριστιανοὺς μαγαρίσαντας), quomodo accipi soleant. Inc. Ποιεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεὺς νιστεύειν (l. νηστ.) ἡμέρας ζ' f. 236. In fine orationes a converso recitandae.

Excerpta (ἔρανος) ex Synaxariis mensis Septembris, Novembris et Octobris:

I. Vita S. Ioannis Nesteutae, (seu Ieiunatoris), Patriarchae CPolitani. Inc. Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου f. 238.

II. Narratio alia valde utilis (sic). Inc. Ἱερεύς τις μετ' εὐλαβοῦς διακόνου f. 239 v.

III. (Vita) S. Theodorae (Alexandrinae). Inc. (Ἡ) ὁσία Θεοδώρα εἰς ἄνδρα μετασχηματίσασα f. 241 v.

IV. In venerandam Crucem. Inc. Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν Χριστιανοῖς βασιλεύς f. 242.

V. S. Ioannis Theologi μετάστασις. Inc. Οὗτος ἦν Ζεβεδαίου f. 242 v.

VI. Narratio valde utilis. Inc. Μοναχός τις ἦν ἐν τῇ Σκήτει ὑπακούων πατρί (cod. ἐν τοῖς σκήτῃ ὑποίκων) f. 249.

VII. Narratio de miraculis S. Artemii. Inc. Ἀνήρ τις τοὺς διδύμους (cod. δυδίμους) ἔχων ἐξογκουμένους (cod. ἐξογχομένος) f. 249 v.

VIII. In S. Macarium Romanum (cod. μα̃ τὸν Ῥωμαίων sic). Inc. Τρεῖς τινες (cod. τιναῖς) ἡγιασμένοι γέροντες, Σέργιος καὶ Ὑγῖνος καὶ Θεόφιλος f. 251.

IX. (Miracula) S. Mennae. Inc. Ἐπερχόμενός τις προσεύξασθαι ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ f. 253 v.

X. (Vita) S. Philippi. Inc. Οὗτος ἦν ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ f. 256.

XI. (Vita) S. Matthaei Ap. Inc. Ὡς ἦν ἐπὶ τὸ τελώνιον f. 260 v.

XII. In Sanctos VII (Ephesi dormientes). Inc. Οὗτοι οἱ ἅγιοι ὑπῆρχον ἐπὶ Δεκίου βασιλέως f. 265.

Narratio (S. Abbatis Macarii) Alexandrini, de defunctis. Inc. Ὁ μαθητὴς τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου Ἀλεξανδρέως διηγήσατο f. 267.

Historia Booz et Ruth. Inc. Γυνή τις λεγομένη f. 269 v.

De tertio Coelo. Inc. Ὁ τρίτος οὐρανός, εἰς ὃν ἡρπάγη ὁ μακάριος Παῦλος f. 270 v.

Explicatio vocis Alleluia. Inc. Ἀλ, ἀντὶ τοῦ κραταιῶς (l. κραταιός) f. 270 v. — Sequitur explicatio Orationis Dominicae. Inc. Ἀληθῶς πατὴρ πάντων f. 270 v.

Ex Hexaëmero. Inc. (Τ)ίνος ἕνεκεν ὁ προφήτης Μωϋσῆς f. 272 v. — Sequitur folium 273 sine scriptura, paucis exceptis.

Excerpta (ἔρανος) ex Barlaami historia f. 274. Constant historiis V: I inc. Ὅταν ὁ βασιλεὺς Ἀβενήρ f. 274, — II inc. Ὅμοιοί εἰσιν οἱ τῶν εἰδώλων προσκυνηταί f. 280, — III inc. Καὶ εἰς μὲν τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις f. 281, — IV inc. Ἄνθρωπος τρεῖς ἐσχηκῶτι (l. ἐσχηκὼς) φίλους f. 282, — V inc. Ἄκουσον καὶ τούτου δὴ τοῦ προβλήματος ὁμοίωσιν f. 284.

S. Athanasii Alexandrini ad Antiochum praefectum, de Quaestionibus multis ac necessariis in divina Scriptura controversis, quas nemo Christianus ignorare debet. Prima quaestio: Quando, a quo et quomodo creati sint angeli f. 285.

Chronographium breve (ab Adamo ad Moysen usque). Inc. Ἐπλάσθη ἤτοι ἐδημιουργήθη ἐκ γῆς f. 306 v. Medio ac fine mutilum.

Homeri seu Pigretis Caris Batrachomyomachia, cum metaphrasi inter lineas rubris scripta litteris f. 310. Inscriptio duplex. Prior minio depicta: Βατραομαχία (sic, omisso priore χ). Altera litteris nigris: Ὁμύρου μυοβατραομαχία (sic), ἐν δέ τισι Γρητὸς (sic pro Πίγρητος) τοῦ Καρός. Versus sese excipiunt nullo discrimine, ut in pedestri oratione. — In margine eiusdem folii leguntur duo scholiola. Prius de impio Manasse, Rege Iuda. Inc. Ὁ Μανασῆς (sic) ἐπροσκύνησεν (sic) τῇ στρατιατοῦ (sic pro στρατιᾷ τοῦ) οὐρανοῦ. Alterum de propheta Elia. Inc. Τίνος ἕνεκεν διὰ κόρακος. — In margine denique folii 311 pauca de lascivia Iovis. Inc. Ἐκ μὲν τοῦ Διὸς τὴν παιδοφθορίαν καὶ τὴν μοιχείαν.

Aristophanis Plutus, cum metaphrasi inter lineas litteris rubris f. 317 v. Fabula fine mutila. Versus sese, nullo discrimine, ut in oratione soluta, excipiunt. Singula fere verba mendose scripta.

Iudaei cuiusdam nomine Ἐναΐα (sic) Narratio, quomodo Christus meus (sic) ab iniquis Iudaeis Pilato traditus fuerit. Inc. Μετὰ τὸ καταλυθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων f. 320 v.

(Ratio divinandi per calculos). Inscribitur: Περὶ νίκης καὶ ἥττης. Inc. (Ψ)ήφισον τὸ ὄνομά σου τὸ βαπτιστικόν f. 322.

(Homiliae IX ἀδέσποτοι, ex Menologio):

I. In ingressum S. Deiparae in Templum. Inc. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα

πανήγυρις f. 323 v. (Videtur GERMANI, Patriarchae CPol.). — Sequitur f. 325 sine scriptura.

II. In X Leprosos, adversus ingratos, (inter spuria CHRYSOSTOMI). Inc. Πολλοὺς καὶ διαφόρους f. 325 v.

III. Εἰς τό(ν) νομικόν (seu in doctorem legis). Inc. Μέγα πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον ἡ ὑπεριφάνοια (sic pro ὑπερηφάνεια) f. 330.

IV. (In Matth. I, 11 sqq.). Inc. Μετοικεσήα (sic), ἀδελφοί, Βαβυλῶνος λέγει f. 338. Videtur initio et fine mutila.

V. In Occursum Domini. Inc. Εἶχε μὲν ἡ τῶν γενεθλίων πανήγυρις f. 346.

VI. In Doctorem legis Iesum interrogantem (Matth. XXII, 35). Inc. Οἷόν τι συμβένειν εἰωθεν (sic pro συμβαίνειν εἴωθεν) f. 354.

VII. Eiusdem (cuiusnam?) homilia in Adventum Spiritus Sancti. Inc. Ὁρῶν σήμερον τὸν ἁγιότατον (sic) τῆς πανάγνου δεσποίνης ναόν f. 358 v.

VIII. In Dominicam Omnium Sanctorum. Inc. Ὁ μὲν καιρὸς πρὸς αὐτὸ τοῦ ἔαρος f. 363.

IX. In Dominicam quartam post festum Sanctorum omnium: De Centurione. Inc. Ἀντιστρατεύει τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις ὁ πονηρός f. 368 v.

Στίχοι δεητικοί, (seu Preces, iambico metro), ad Christum. Inc. Πατρὸς παναλκοῦς παγκρατὲς παῖ καὶ Λόγε f. 374.

(Carmen iambicum) Εἰς τὸν νιπτῆρα, (seu s. pelluvium). Inc. Ὦ Πέτρε, δεῦρο νίψομέ (sic pro νίψομαί) σου τοὺς πόδας f. 375 v.

(Io. DAMASCENI, seu ARCLAE,) Canon iambicus in Pentecosten, cum glossis rubris litteris. Incipit acrostichis δι' ἡρωελεγείων: Θειογενὲς Λόγε, πνεῦμα παράκλητον πάλιν ἄλλον f. 376 v. Ode I inc. Θείῳ καλυφθείς. Glossae inc. Τῇ θεϊκῇ σκεπασθείς (cod. -σθῆς). — Canonem excipiunt nonnulla insulsa (De Actionum auspiciis). Inc. Ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς σελήνης.

DIONYSII Monachi versus iambici (L) in Hymnos. Inc. Λιμῶν θεαυγεῖς τερπνοσύνθετον ὕμνον (sic! an λειμὼν θεαυγὴς τερπνοσυνθέτων ὕμνων?) f. 380. Fine mutilum carmen. — F. 380 v.-381 sine scriptura. — Sequuntur: I. Nonnulla, vulgari dialecto scripta, de luna, quot horas per noctem fulgeat. Lunam recentiores φεγγάρι vocant, codex noster φεγκάρι; habet etiam constanter φέγκειν pro φέγγειν. Multus est de punctis, quorum quinque unam efficiunt horam: οἱ παλαιοὶ ἔλεγαν (sic) πούντους· καὶ ε' ποῦντοι κάμνουν μίαν ὥραν f. 381 v. — II. Fragmentum, initio ac fine mutilum, de Oratione Dominica f. 382, — III. Fragmentum homiliae, ut videtur. Inc. Οἱ πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν f. 382 v.

S. IOANNIS Monachi (DAMASCENI) canon iambicus in sancta Theophania, cum glossis rubris inter lineas, et interpretatione anonymi, quae singulas excipit strophas vel troparia. Interpr. inc. Αὕτη ἡ ἀκροστιχίς· ὁ δὲ νοῦς f. 383. — Clauditur Ode IX verbis librarii anonymi auxilium sibi et codicis possessori a Deo efflagitantis. Inc. Ἀμφοῖν τοῖν δυοῖν.

Programma in Imp. Manuelem Palaeologum, iambis (XVIII politicis) constans, admodum mellifluum (sic). Inc. Κράτιστε κόσμε τῆς ἀρχῆς, τοῦ παντὸς φαιδρότης f. 389 v.

(Mono)stichi (iambici) in mortem XII Apostolorum. Inc. Σταυροῖ Πέτρον κύμβαχον ἐν Ῥώμῃ Νέρων f. 389 v. Videntur MICHAËLIS PSELLI.

(Formulae IV epistolarum: ad Patriarcham, Principem, Hegumenum, Sacerdotem). Formula prima dicitur Monodia et inc. Παναγιώτατε δέσποτά μου ἅγιε f. 390. Ceterae vocantur Prologi. Verba plura, ob marginem lacerum, desiderantur. — Sequitur et quinta Formula epistolae ad amicum iratum.

Etymologia Alphabeti. Inc. Ἄλφα πόθεν ἐτυμολογεῖται; f. 391. — Praemittuntur nonnulla de origine vocis σταυρός. Inc. Σταυρὸς πόθεν ἐτυμολογεῖται; παρὰ τὸ (sic) εἶναι αὐτῶν (sic) στάσιν καὶ εὖρος (!)

S. EPHRAEMI ascetae Sermo in formosum Iosephum. Inc. Ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραάμ f. 392. — In imo margine f. 397 v. legitur: Πρόλογος εἰς ἀπογραφὴν διακόν(ων). Inc. Ἐπεὶ νόμος ἐπεκράτησεν. — Foliis 413 v. et 414, pariter in imo margine, Scholia quaedam in historiam Abrahami. Inc. Γίνονται οὖν ἔτη ἀπὸ τῆς συγχύσεως.

364. Chart. in 8, fol. 354, quorum 1-36 saec. XIV; reliqua omnia varia manu saec. XV. Constat codex duabus partibus, quarum prima f. 1-142, secunda f. 143-354 complectitur. Olim Papae Nathanielis.

Pars prima:

(Fragmentum ex Gerontico), initio mutilum. Inc.... σπασμόν· αὕτη ἐστὶν ἡ μέση ὁδός f. 1. Scripsit Sylburgius in margine: « *Vise Petri Abbae Sermones num° 91* ». Sunt Quaestiones et Responsiones, ut in Patericis.

(Defensio Thaboritarum, adversus Barlaamum et Acindynum?). Liber initio mutilus cuius prima verba legi nequeunt. Citatur Maximus adversus Pyrrhum. Folio 3 nominantur Massaliani, et de lumine Thaborio laudatur Dionysius Areopagita. Folio 6 laudantur Gregorius Nyssenus et Basilius, et folio 8 Nazianzenus et Damascenus. Tractatus fortasse PHILOTHEI, Patr. CPolitani.

Ἀναγωγαὶ τῶν νομικῶν διατάξεων, (seu de variis Iudaeorum festis allegorice, et de ritibus Levitici ac Tabernaculi officiis, ornamentis, vasis, vestibus etc.). Inc. Εἰ καὶ παρεκβατικώτερον f. 8 v.

De Paschate. Inc. Ἔτι καὶ περὶ τοῦ νομικοῦ Πάσχα f. 16.

(Ex Euchologio, Orationes variae pro variis hominum et Ecclesiae necessitatibus): I pro Charitate et Pace f. 21, — II pro Peregrinantibus f. 21, — III Gratiarum actio pro depositis inimicitiis f. 21, — IV Oratio pro liberatione poenarum f. 21 v. — V Orationes in processionibus re-

citandae f. 21 v. — VI Orationes duae εἰς πληγὴν θανάτου, εἰς φόβον f. 23, 24, — VII Gratiarum actio pro declinato mortis periculo f. 25 v. — VIII Oratio initio indictionis recitanda f. 26, — IX Oratio ad omne tempus aptata f. 27, — X Oratio ad hostes avertendos f. 27 v. — XI Orationes tempore Quadragesimae magnae recitandae f. 28 v. — XII Oratio in siccitatibus f. 30, — XIII Oratio nocturna f. 30 v.

S. Athanasii symbolum, fine mutilum, f. 31 v.

S. Ephraemi Syri, sermo de Compunctione. Inc. Δεῦτε, ἀγαπητοί f. 32 v. — Sequuntur verba plura erasa; dein nonnulla ex Iudaeorum historia. Inc. Οὗ; (cod. οὖς) ἐκέντισεν (sic) ὁ Φινεές f. 36 v.

Anastasii Theopolitani (sive Antiocheni) Persica, seu Narratio de rebus, quae in Perside contigerunt, inter mensas die natali Christi et postero recitanda. Inc. Βασιλεύοντος Ἀῤῥενώτου (Ἀρηνάτου?) τῆς Περσικῆς χώρας f. 37. Est narratio in duas distincta partes, quarum prior clauditur doxologia f. 45; eodem folio, altera inscribitur: Τὰ ἐπίλοιπα Περσικά. Inc. Πάντων τῶνδε ἀναχωρησάντων διέβαλον. Quae folio 38 v. et 39 leguntur, scil. Κάσανδρος τελευτᾷ καταλείψας ἀδελφὴν Δωριάδα etc. regeruntur infra folio 80-81; quae, ex alio exemplari descripta, varias praebent lectiones multas.

Epistolae (V, mutuae, anepigraphae):

I inc. Τὴν πεμφθεῖσάν μοι γραφὴν περὶ τῆς ἀγάπης σου f. 55 v.

II inc. Καὶ τί ἂν ἥρμοζέ σοι f. 55 v.

III inc. Τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης, περιφανέστατε f. 56.

IV inc. Κύριέ μου περιφανέστατε f. 56 v.

V inc. Οἶσθα καὶ αὐτός, κύριε τιμιώτατε f. 56 v.

(Quaestiones et responsiones, anepigraphae). Inc. Τί ἐστι(ν)· ἓν οἶδα, δύο οὐκ οἶδα f. 57. Quaestiones sequentes sunt etymologicae. — Folia 58-60 vacua.

S. Ephraemi sermo in Meretricem, quae pretioso unguento Domini pedes unxit. Inc. Πολλῶν ὄντων ἁγίων f. 61.

S. Epiphanii, Cypri archiepiscopi, sermo in Christi θεόσωμον sepulturam, in Iosephum et Nicodemum, et Salvatoris post mortem descensum ad inferos. Inc. Τί τοῦτο σήμερον f. 66 v. — Fol. 78 v. (media pag.) et 79 sine scriptura.

(In illud: Orietur Stella ex Iacob etc. Numer. cap. XXVI) f. 80. — Sequuntur nonnulla ex Anastasii Persicis, de quibus supra. — Fol. 81 v. (med. pag.) ad 83 sine scriptura.

(E Geographicis, Physicis et Meteorologicis excerpta): I. De Terrae mensura f. 84, — II. De Stadiis ac milliariis f. 84, — III. Quantum distet terra a coelo f. 84 v. — IV. De Antipodibus f. 85, — V. De Terrae motu f. 85, — VI. De Quatuor elementis f. 86, — VII. De Quatuor maribus, ubi et de Margaritis f. 86-87, — VIII. De Oceano f. 87 v. —

IX. De Nubibus f. 88, — X. De Fulgoribus f. 89, — XI. De Astris f. 89, — XII. De Coelo f. 89 v.

Ex S. CHRYSOSTOMO, (de Animae substantia). Inc. Πολλοὶ μὲν ἐνόμισαν f. 90 v. — Sequitur aliud fragmentum anepigraphum. Inc. Τὸ εἰς χοῦν θανάτου f. 91. — Fol. 91 v. sine scriptura.

De Rustico quodam iusto, qui idcirco Metrius cognomine appellatus est, narratio utilis; fine mutila. Inc. Ἐν τῷ θέματι τῆς Παφλαγονίας f. 92. — Verba quae inscriptioni praemittuntur et prima sunt folii, videlicet τὴν τοῦ Εὐαγρίου τούτου γραφήν, νεαρὰν καὶ ἰδιόγραφον, ad finem spectant Synesii narrationis de Evagrio quae f. 96 incipit. Folia nempe sua sede mota sic sese excipere debent: f. 95-98; 92-94.

De Miraculo Carthagine in Africa facto. Inc. Ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως καὶ Νικητᾶ πατρικίου ἐν Ἀφρικῇ f. 95.

SYNESII Episcopi de Evagrio philosopho, et CCC auri libris, narratio valde utilis (sic). Inc. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Θεοφίλου f. 96. « *Vide Moschi Pratum. Cap. CXCV* », sic A. Maius in margine. Finis narrationis quaerendus f. 92, supra.

Precatio ad Deiparam Virginem. Inscriptio valde prolixa. Oratio inc. Δέχου τοίνυν, εὐμενεστάτοι (sic) δέσποινα f. 99.

Abhinc ad fol. 218 v. alia manus saec. XV, mirum quantum vitiosa, cuius menda tacite corrigimus:

Precatio altera ad Deiparam, versibus scripta politicis; oratio prolixa. Inc. Ἀλλ' ὦ (c. ἀλῶ) παρθένε δέσποινα, ἄχραντε Θεοτόκε f. 100 v. — Folium 103 fere vacuum.

De Euphemiano filioque eius S. Alexio, quomodo uxorem duxerit et ab ea discesserit. Inc. Ἐγένετο ἀνήρ τις ἐν Ῥώμῃ f. 103 v.

S. IOANNIS, Apostoli et Evangelistae, Apocalypsis (in monte Thabor). Inc. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου f. 110.

S. Nicolai Miracula per annos quinque post mortem eius facta. Inc. Ἐγένετο ἀνοχὴ (c. ἀνῶχῆ) μεγάλη f. 116 v.

De Hebraeo et Christiano, quomodo hic negaverit se ab illo pignus (ἀμανάτι) accepisse, (seu de Christiano Hebraeum vicinum suum pecuniis depositis fraudante); et de miraculo S. Menae. Inc. Ἑβραῖός τις ἦν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πραγματευτής f. 122.

TIMOTHEI, Alexandriae Archiepiscopi, narratio de S. Menae miraculis. Inc. Ἐγένετο μετὰ τὴν τοῦ ἀσεβεστάτου f. 125. — Sequitur narratio de alio eiusdem miraculo, Alexandriae facto. Inc. Ἦν τις ἀνὴρ ὀνόματι Εὐτρόπιος f. 128.

EUSEBII, Alexandrini Episcopi, Sermo de Ieiunio. Inc. Παραγενομένης τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς f. 132 v.

S. Theodorae martyris vita. Inc. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις Ζήνωνος τοῦ βασιλέως f. 135. Continuatio quaerenda in principio alterius partis.

Pars secunda:

S. Taisiae (sive Thaisiae) meretricis vita ac poenitentia. Inc. Αὕτη ἡ μακαρία f. 145 v.

De Avaritia. Inc. Ἀσκητὴς πολεμηθεὶς ὑπὸ τοῦ δαίμονος f. 148.

(Na)thanaëlis Hieromonachi Admonitio de blasphemia. Inc. Ἀδελφοί μου καὶ τέκνα, παρακαλῶ ὑμᾶς f. 149. Codex scribit Θαναήλ.

(Eiusdem) Monitum de iniuriarum memoria. Inc. Ἀκούσατέ μου, ἀδελφοί μου f. 151.

Ex Io. Chrysostomo, de Visionibus prophetae Danielis, de CPoli et consummatione mundi, deque Antichristo. Inc. Ἄκουσον, ὦ οὐρανέ, μετ' ἀκριβείας f. 156 v.

Iacobi, fratris Domini, (Narratio) de Christi pueri miraculis; fine mutila. Inscriptio prolixa inc. Περὶ τῶν ἐξαισίων (cod. ἐξεσίον) καὶ φρικτῶν θαυμάτων etc. Narr. inc. Θορύβου γενομένου, ἐζητεῖτο (cod. ἐζητήτω) ὁ Ἰησοῦς f. 163.

De Iesu, quomodo factus sit sacerdos. Inc. Ὅτε ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἰουστινιανοῦ f. 164 v.

S. Georgii martyris Miracula in civitate Telasia (sic). Inc. Ἐκ θαυμάτων θαῦμα ἀκούσαντες τοῦ θαυμαστοῦ Γεωργίου f. 166.

S. Andreae, Archiepiscopi Cretensis, sermo extemporalis (σχεδιασθείς) in Exaltationem S. Crucis. Inc. Σταυροῦ πανήγυριν ἄγωμεν f. 169.

Synaxarium (Triodii) in Dominicam tertiam quadragesimae. Inc. Προσκυνήσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ f. 176 v.

Constantini Imp. Visio et S. Crucis inventio. Inc. Ἔτους διακοσιοστοῦ τριακοστοῦ τρίτου f. 178.

De Humilitate et Obedientia, narratio. Inc. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις Θεοδοσίου f. 183.

S. Athanasii, Alexandrini Archiepiscopi, Narratio miraculi in civitate Beryto (cod. βερητῷ) in imagine Christi facti. Inc. Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν f. 188.

S. Demetrii martyrium. Inc. Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος f. 192.

Synaxarium in sanctam Christi Passionem, feria sexta (Sexagesimae). Inscriptio prolixa. Synax. inc. Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ, τὰ φρικτὰ πάθη ἐπιτελοῦμεν f. 202. Folii 204 v. media pagina sine scriptura, integro tamen Synaxario.

De Macario Aegyptio monacho narratio f. 204. Superest tantum inscriptio, narratione ipsa omissa, reliquo folio ut et f. 205-206 sine scriptura.

Hierosolymitanae Antiquitates. Inscribuntur: Ὑπόδειξις περὶ τῶν Ἱεροσολύμων. Inc. Ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἀγαθήν σου προαίρεσιν καὶ ζήτησιν περὶ τῶν ἁγίων τόπων f. 207. Usurpantur saepe formae dialecti vulgaris, ut

ἔναι constanter pro ἐστίν. Videntur tamen omnia ex antiqua descriptione desumpta. Pergitur iter usque Bethleem, de qua nonnulla quae narrationem claudunt. In fine verba: Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, quae per siglas exprimuntur.

(Poema) de Adamo et Paradiso, (iambis scriptum politicis, ex quorum primis litteris ἀκροστιχὶς κατ' ἀλφάβητον efficitur). Inscribitur: Ἀρχὴ τῆς ἀλφαβήτου περὶ Ἀδὰμ (καὶ) τοῦ παραδείσου. Inc. Ἀρχὴ τοῦ κόσμου γέγονεν ὁ κτίστης τῶν ἁπάντων f. 217 v. Litterae alphabeti minio iterantur in margine.

Ex Veteribus historiis piae aliquot narrationes. Inc. Ἦσαν δύο φίλοι πραγματευόμενοι, ὁ εἷς πλούσιος f. 219.

De Coelo et Signis Zodiacis. Inc. Ὁ οὐρανός, λέγει ὁ μέγας Βασίλειος, καπνοειδής ἐστιν f. 223 v. Caput I: de Signis Zodiaci. Inc. Ζώδια λέγονται διὰ τὴν τῆς ζωῆς ὁδόν f. 224.

S. Io. Chrysostomi (homilia) de Spiritu Sancto. Inc. Χθὲς ὑμῖν, ὦ φιλόχριστοι f. 226.

Ex (Macario) Chrysocephalo excerpta (ἔρανος) de Ioannis Praecursoris nativitate. Citantur Athanasius, Chrysostomus, Damascenus, Dionysius Areopagita, Nazianzenus, Origenes, Photius, Symeon. Inc. Ἄνωθεν μὲν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεός f. 240.

Apostolorum Symbolum f. 247.

Confessio fidei, (cum aliquot quaestionum appendice, inter quas, quid Diapsalma). Inc. Ἐγὼ ὁ δεῖνα ἀπὸ συνειδήσεως ἀγαθῆς f. 247.

Matthaei Blastaris libellus de Cocto frumento in officio pro mortuis, et in Sanctorum solemnitatibus. Inc. Ἡ θεοειδὴς τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας ἱεραρχία f. 256 v.

(De Affectibus animae et corporis tractatulus), fine mutilus. Inc. Αἱ ψυχῆς αἰσθήσεις εἰσὶν ε'· νοῦς, διάνοια f. 263.

De Eleemosyna γράμμα (seu scriptum). Inc. Οἱ πανταχοῦ εὑρισκόμενοι εὐλαβεῖς καὶ ὀρθόδοξοι χριστιανοί f. 266.

De Hegumenis. Inc. (Π)ανοσία μῆτερ f. 266 v.

(Michaëlis) Pselli Paraphrasis in Salomonis Canticum Canticorum, versibus politicis. Versus continua serie scripti, ita tamen ut punctis inter se discernantur, caesuris etiam modo punctis, modo commatis distinctis. Inc. Ἐπείπερ τὸ φιλομαθεῖν τὸ σόν, ὦ στεφηφόρε f. 267 v. Inscripserat nempe Psellus opus Imperatori Nicephoro Botoniatae. Testatur ipse ἐξήγησιν scripsisse se ἐν ἁπλουστέραις λέξεσιν καὶ καθημαξευμέναις. Singulos versiculos Cantici excipit eorum paraphrasis. Exit poema, fine mutilum, in paraphrasin versus: ὀδόντες (cod. ἰδόντες) σου ὡς ἀγέλαι etc. (cap. VI, v. 5) f. 286.

(Miscellanea Liturgica):

I. Quid sibi velint in cantibus sacris nomina ὑπακοή, κοντάκιον, οἶκος et ἐξαποστειλάριον. Inepta pleraque ac supervacanea, quae nihil

lucis in tanta caligine afferunt. — Quid sit Ὑπακοή. Inc. Τέτακται δὲ ἀντὶ τῆς παρακοῆς τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς προμήτορος f. 286 v. — Περὶ τοῦ οἴκου καὶ τοῦ κοντακίου. Inc. Τὸ δὲ κοντάκιον καὶ ὁ οἶκός φασί τινες ὡς ἐν συντόμῳ περιέχει (sic) τὸ πᾶν τῆς ἑορτῆς f. 286 v. — Folio 287 multus est auctor de celebri Melodo Romano, qui Contacia primus excogitavit, ex quibus undetricena quasi ab inferis nuper excitavit doctissimus Bibliothecarius S. R. E. Card. Pitra (*Analecta sacra, Spicilegio Solesmensi parata,* Vol. I, Paris. 1876). Inc. Καὶ τὸ κοντάκιον πρῶτος ὁ Ῥωμανὸς ἐφεῦρεν ὁ μελῳδός. — De Exapostilario. Inc. Τὰ δὲ ἐξαποστειλάρια ὁ σοφὸς Λέων πρῶτος ηὔξησε καὶ ἐπλάτυνεν f. 287 v.

II. De Cathismate quod in Deiparae laudes stantes canunt (monachi Montis Atho), propter miraculum in Sancta Laura factum, temporibus Patriarchae CPolitani Philothei, et Iacobi, monasterii Hegumeni. Cathisma inc. Ἐπὶ σοὶ χαίρει, κεχαριτωμένη f. 288.

III. De Odis (seu de solita omissione in Canonibus Odae secundae). Inc. Καταλιμπάνεται δὲ ἡ δευτέρα (ᾠδή), ὅτι οὐχ ὕμνος ἐστὶν πρὸς Θεόν f. 288 v.

IV. (De Hirmo, Tropario et canonibus anastasimis). Inc. Εἱρμὸς δὲ λέγεται ὡς ἀκολουθίαν τινὰ καὶ τάξιν μέλους καὶ ἁρμονίας διδοὺς τοῖς μετ' αὐτὸν τροπαρίοις f. 288 v. Fine mutila disputatio. Fusius de his et de Oda secunda Zonaras initio commentarii in Canones Anastasimos Damasceni. — Media pag. folii 289 et folium 292 sine scriptura.

Asinethae (Ἀσινέθ), filiae Pentephri sacerdotis ac satrapae Heliopolis, vita, confessio, et cum formoso Iosepho coniugium. Inc. Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει εὐθηνίας, ἐν τῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ f. 293.

IULIANI ad Basilium epistola. Inc. Τὸ ἔνφυτόν (sic) μοι ἐκ παιδόθεν f. 311. — Sequitur responsio BASILII. Inc. Μικρά σοι τὰ τῆς παρούσης f. 311 v.

Pachomii visio. Inc. Ἐθεάσατο πλῆθος ἄπειρον ἀδελφῶν ἐν κοιλάδος βαθύτητι f. 312.

Lexicon dictionum Homericarum in Iliade, (litterarum ordine digestum). Inscribitur mendosissime: Λέξαις Ἰληάδος Ὁμήρου τῆς Τροάδος. Pauca sunt, qua tot mendis scatent, ut prima verba referre pudeat. Inc. Ἄδε, τραγόδησε. Ἀτρείδης ἐλέγετο Ἀγαμέμνων καὶ ὁ Μενέλαος. Ἄσπιρα (l. ἀπειρέσια), ἄμετρα f. 313.

Precatio pro febricitantibus. Inscribitur: Εὐχὴ εἰς ῥύσον (!) καὶ πυρετόν. Inc. (Ε)ὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καλὸς ἰατρός f. 316.

(De Prosodia Erotemata), fine mutila. Inc. Τί ἐστιν προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς f. 317. — Fol. 331 v. et 332 vacua.

De Octo partibus orationis. Inc. Τοῦ λόγου μέρη ὀκτὼ f. 333. Fine mutilus libellus clauditur participiis passivis verbi τύπτω. — Sequuntur folia 336 v.-338 sine scriptura.

De Significationibus coniunctionis ῎Η. Inscribitur: Τὰ τοῦ ῎Η σημαντικά. Inc. Ὁ ῎Η διαζευτικὸς σύνδεσμος ψιλούμενος f. 339. Ibidem de Coniunctione Ὡς. Inc. Τὸ Ὡς πόσα σημαίνει; λβ. Ea omnia in fine vett. Lexicorum inveniuntur. — Vacua media pagina folii 339 v.

(Troparia, cum notis musicis), pessime scripta. Praeludit Κράτημα Ioannis Cucuzelae, ad versus Io. Lampadarii accommodatum, postulante Patriarcha Matthaeo. Inc. (Τῶ)ν πάλαι προεκηρυξάντων (sic) προφητῶν f. 340. — Folia 341-342 v. vacua. — Sequuntur alia duo Troparia.

Versus iambici unde originem traxerint. Inc. Οἱ ἰαμβικοὶ στίχοι γεγόνασιν ἀπὸ τῆς Ἰάμβης f. 346. Quae de Iambe poetria dicuntur, adeo sunt mendose scripta, ut intelligi nequeant. — Sequuntur Troparia cum notis musicis.

Narratio visionum aliquot Patrum et Ascetarum. Inscribitur: Διήγημα μερικὸν ἀπὸ τῶν πληροφορημάτων ὧν εἶδον οἱ ὁρατικοὶ τῶν πατέρων καὶ ἀσκητῶν. Inc. Ἔλεγον δὲ καὶ περὶ ἑτέρου τινὸς ἀδελφοῦ f. 352.

365. Chart. in 4 parvo, saec. XV, fol. 224. Olim Papae Nathanielis.

(Michaëlis) Pselli de Lapidum (seu Gemmarum) virtutibus libellus, (ordine litterarum). Inc. Αἰτιολογήσασθαι μέντοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις οὐκ ἂν τολμήσαιμι f. 1. Nomina gemmarum, numero XXV, in margine notantur, litteris rubris. Prima est Ἀδάμας, ultima Τοπάζιον.

(Cassiani Bassi Geoponicorum libri XX, iussu Constantini Porphyrogeniti editi). Incipit prooemium: Πολλοῖς μὲν ἄλλοις βασιλεῦσι χρηστοῖς f. 17. Auctorum nomina (vid. cod. 109), ex quibus Geoponica desumpta sunt, rubris litteris in margine notantur. Praeit index (f. 4), in quo recensentur minus recte libri XXI, ultimo non ad Geoponica, sed ad Hippiatrica spectante. — Folia 202 v.-203 sine scriptura, etsi integrum opus.

(Hipp)iatricus libellus in compendio, praestantissimus, constans variis capitibus (sic). Sunt capp. XCI, quorum primum: De Febribus equorum. Inc. Τὴν κεφαλὴν κλίνει ἐπὶ γῆν f. 204. Ultimum: De Ulceribus. Inc. Κυνὸς κεφαλὴν καύσας. Fine mutilum exit in verba: καὶ μετὰ μωταρίων (sic)... — Reliqua pagina f. 224 et f. 225 sine scriptura.

366. Bombyc. in 4, varia manu saec. XIV et passim saec. XVI, fol. 162. Olim Νικολάου Κομνινοῦ (sic) *καὶ τῶν φίλων*, ut in fine codicis legitur; dein Papae Nathanielis. — Duobus foliis praeviis, quae membranacea sunt, inest fragmentum, saec. XIV, initio ac fine mutilum, Senecae Herculis furentis, a versu 244 ad v. 373. Inc. « *Non vicit illum celibis* (sic) *semper tori* ». Des. « *Extiguet* (sic) *ortuus* (sic) *referret* (sic) *occasus diem* ». Haec duo folia inverso ordine posita sunt; incipiendum est a secundo.

Versus 343-363 aevi iniuria prorsus obliterati, et pars versus 364.

SIMPLICII philosophi in Aristotelis Physicae auscultationis librum IV (commentarius); diligenter scriptus, at imperfectus. Lacuna etiam f. 67 post verba καὶ τὸ ἱμάτιον ἂν εἴη τόπος· οὐ τοῦ ὅλου usque ad cap. VI: Περὶ κενοῦ f. 68. — Spatium intermedium implevit manus saec. XVI nonnullis de S. Trinitate ex GREGORIO Nazianzeno, BASILIO et CHRYSOSTOMO excerptis. Inc. Φησὶ (sic) ὁ θεολόγος· εἷς Θεός. — Fine mutilus commentarius des. τὸ μὲν ὡς ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τὸ δέ... spatio parvo relicto in fine folii 121.

Adversus Armeniorum haereses (libri II). Lib. I, in capp. XIV distinctus, inc. Ἐπειδήπερ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος, Τιμόθεος ὁ Ἔλουρος (sic) f. 121 v. Capita sic inscribuntur: I. Synodus Armeniorum f. 124 v. — II. De Annuntiatione f. 126, — III. De Christi Nativitate f. 127 v. — IV. De Duabus Christi naturis f. 128, — V. De Sudoribus Christi f. 128 v. — VI. De Pane, vino et aqua f. 129, — VII. De Pane azymo f. 131, — VII. De iis quae Christus non tradidit, sed Apostoli et Patres f. 132, — VIII. De Sacrificiis Iudaicis ab Armeniis oblatis f. 134, — IX. De Conviciis Armeniorum in Crucem f. 135 v. — X. De Triplice Armeniorum cruce f. 137, — XI. De Christianis dogmatibus ab eis reiectis f. 138 v. — XII. Quod ne Ordinationem quidem admittunt f. 140, — XIII. De Exsecrando eorum ieiunio f. 140 v. — XIV. Περὶ ὧν ἀναθεματίζονται οἱ Ἀρμένιοι f. 145 v. Integrum librum sequitur folium 150 sine scriptura. — In libro II, cuius inscriptionem verbosam referre longum est, confutantur, praeter Armenios, nominatim Eutyches, Dioscorus, Timotheus Aelurus, Petrus Fullo, Iulianus Halicarnassensis, Aphthartodocitae, aliique haeretici. Inc. Τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ f. 150 v. Ultima folia madore deturpata, incolumi tamen scriptura. — Inter utrumque librum intexit manus saeculi XVI (fabulam Formicarum et Cicadarum, quae primum obtinet locum in Aphthonii Progymnasmatis). Inc. Θέρους ἦν ἀκμή, καὶ οἱ μὲν τέττιγες μουσικήν.

367. Bombyc. in 4, manu peritissima Constantini Anagnostae saec. XIII, fol. 195, litteris monocondyliorum instar per integrum codicem scriptis, cum compendiis non ita solitis, ut *παλαῖ* pro solito *παλαι*, et sic constanter in oxytonis in *ον* exeuntibus. Folium 179 chartaceum est saec. XV. — Secundum folium praevium, male huc insertum, spectat ad Cod. Palat. 356, nunc Heidelbergensem, cuius tabulam rerum latine scriptam praebet, dum tertio folio altera legitur, latine pariter, rerum quae in codice nostro continentur.

S. SOPHRONII Hierosolymitani de Fide (libellus). Inc. Χρὴ πάντα Χρι-

στιανὸν ὁμολογεῖν καρδίᾳ καὶ στόματι f. 1. In summa pagina leguntur haec: αὕτη ἡ βίβλος ποικίλων πραγμάτων . . . ἔρανος . . . οὗ ἐπινοιῶν σημαντική· ἠγωράσθη (sic) παρ' ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ φίλου διὰ ō ὀκτὼ (sic)· τῶν ἐξι: ~ Punctis verba tempore deleta significavimus.

Eiusdem, de Domini Incarnatione. Inc. Πιστεύω δὲ καί f. 2.

AESOPI Apophthegmata perutilia. Sic inscriptio, ut ceterae omnes, minio depicta, quae pergit: Αἴσωπος εὗρε τοῖς μύθοις πρᾶξιν βίου f. 4 v. Sunt fabulae numero XCIX, ordine litterarum digestae, ex illis quas ex quinque codicibus Palatinis edidit primum N. Neveletus. Prima: Lusciniae et Hirundinis. Inc. Ἀειδὸν (sic pro Ἀηδόνι) ἐπεβούλευε χελιδόν (sic) f. 4 v. Ultima: Leonis et hominis iter simul habentium. Inc. Ὥδευέ ποτε λέων σὺν ἀνθρώπῳ, ἕκαστος δὲ αὐτῶν τοῖς λόγοις ἐκαυχῶντο.

Cognationum gradus in Connubiis vetiti qui sint, qui non. Inc. Δεύτερα ἐξάδελφα (sic) πρὸς μίαν ἀδελφὴν ἀπολύονται f. 14.

Ecclesiastica Ἱστορία, (seu Commentatio), et minutissima Enarratio omnium quae in divina Liturgia peraguntur. Videtur hic tractatus, illo Symeonis Thessalonicensis antiquior ac brevior, tres complecti partes, quarum prima, anepigrapha, de Sacra agit Ecclesiae supellectile, deque sacerdotum indumentis. Inc. Τὸ σήμαντρον αἰνίττεται τὰς τῶν ἀγγέλων σάλπιγγας f. 18 v. Secunda, de Diaconis (et iterum de sacra Liturgia). Inc. Ἡ κουρὰ δηλοῖ, ὡς καὶ τοῦ ἱερέως f. 21. Tertia, quae tota versatur in ipsis sanctae Synaxeos ritibus explanandis, inc. Δίδοται ὁ κηρὸς παρὰ τοῦ ἀρχιερέως τῷ πρώτῳ τῶν ἱερέων f. 22.

(Passionis Dominicae ludus scenicus). Incipit auctor a precatiuncula: Ἵλεως ἡμῖν ἔσο, Κύριε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστέ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ὀργίσθητι ἡμῖν τοῖς βουλομένοις πραγματικῶς ἐπιδείξασθαι τὰ ζωηρά σου παθήματα, δι' ὧν ἡμῖν ἐχαρίσω ἀπάθειαν f. 33 v. Deinde, quomodo sit agenda fabula, quas in partes distribuenda, accurate praescribit: Ὀφείλεις σὺ ὁ κρατῶν τὴν παροῦσαν διάταξιν, καὶ μέλλων ἐπιτάσσειν τοῖς λοιποῖς etc. Dramatis actus sunt novem: Lazari resurrectio, Dominica Palmarum, Coena mystica, Pelluvium, (Iudae) proditio, Petri negatio, Herodis contemptio, Crucifixio, (Thomae) ψηλάφησις, seu contrectatio. Integram fabulam sequitur folium 39 v. sine scriptura.

Ex S. IOANNE DAMASCENO, de Ignis lumine, ac sidereis luminaribus, sole, luna et stellis. Inc. Τὸ πῦρ ἓν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐστί f. 40.

Ex eodem, de Resurrectione. Inc. Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς ἀνάστασιν f. 43 v.

Ex ANDREA, Archiepiscopo Cretensi, de Domini effigie. Inc. Ἀναλάβωμεν Λουκᾶν f. 45 v.

S. ANASTASII Quaestiones aliquot, cum excerptis ex ATHANASIO, MAXIMO, BASILIO, CHRYSOSTOMO, GREGORIO Nazianzeno et Nysseno, et ex sacra Scriptura. Inc. Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου Χριστιανοῦ; f. 46.

Ex Physiologo, de Natura ac specie animalium et reptilium (sic). Cap. I: de Elephanto. Inc. Ἔστιν ὁ ἐλέφας μεγεθέστατον (sic) ζῷον f. 50. Ultimum: de Hyaena. Inc. Ὁ φυσιολόγος εἶπε περὶ τῆς ὑαίνης.

Adversus Armenios, (seu haeresis eorum confutatio). Inc. Ἐρωτώμενοι παρ' ἡμῶν οἱ Ἀρμένιοι, τίς ἐστιν ἡ νηστεία τοῦ Ἀρτζιβούτζη f. 56 v.

Adversus Saracenos, qui et Ismaëlitae dicuntur, (ex EUTHYMII ZIGABENI Panoplia dogmatica). Inc. Οὗτοι μὲν Ἰσμαηλῖται καλοῦνται, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰσμαὴλ καταγόμενοι f. 61.

Syllogistica demonstratio de Verbo, de Deo (et Spiritu Sancto). Inc. Ὁ Θεὸς τέλειος ὢν οὐκ ἄλογός ἐστι f. 63.

MACARII (τοῦ Ξένου) versus. Inc. Ὅρα, ἀδελφέ, τὰ πάντα ἀκριβῶς τὰ γεγραμμένα f. 69. Carmen asceticum, iambis XXI politicis constans, excipit auctoris epilogus, sive monitum, miniatis litteris, soluta scriptum oratione: Πρόσεχε, ἀδελφέ, μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ ταπεινώσεως τὰ τῆς βίβλου μετέρχεσθαι, καὶ γνῶθι σαυτόν, ὅτι ἄνθρωπος θνητὸς ὑπάρχεις, κἂν μυρίας τὰς τέχνας ἐπίστασαι· καὶ μέμνησο κἀμοὶ τῷ ταῦτα γράψαντι Μακαρίῳ τῷ Ξένῳ. Οὐαὶ ἡμῖν τοῖς ἀθλίοις! Τίς ἡ τοῦ βίου τούτου ὠφέλεια! quae sententia verbis Chrysostomi in margine comprobatur.

Logisticae methodi breves, ad usum iuventutis (sic). Inc. Σὺν Θεῷ εἰ θέλεις εὑρῆσαι τὸ δακτυλίδιον ἐν ποίῳ ἀνθρώπῳ, ἢ καὶ ἐν ποίᾳ χειρί f. 69. Hic illic occurrunt formae dialecti vulgaris, ut νὰ κάμῃ etc.

Tempus Paschatis apud Hebraeos et Christianos, item ieiunii quadragesimalis (τῆς ἀποκρέου), indictionem, cyclos solis et lunae, novilunium et similia, qua methodo facile invenias. Inc. Δεῖ γινώσκειν τὸν ἐντυγχάνοντα, ὡς ὅτι (sic) ὁ Σεπτέμβριος μήν ἐστιν ἡ ἀρχὴ τῆς ἰνδικτιῶνος f. 85.

De Modio marino, mensura olei, vini, salis Campani, deque navium capacitate. Inc. Ὁ θαλάσσιος μόδης (sic) ὀφείλει χωρεῖν σίτου καθαροῦ καὶ ἀῤῥύπου (cod. ἀρύπου) λίτρας μ̄', ἢ φούκτας κ̄ϛ̄' f. 88 v. — Folio 89 medio delineata est minio navis, cuius capacitatis inveniendae methodus sic incipit: Ὀφείλει ἀπὸ τῆς πρώρας ἄχρι τῆς πρύμνης.

Testamenti formulae duae. Inc. Τὸν χοῦν ἐξ ἀρχῆς προπατόρων εἰληχότες f. 92 v. In clausula alterius formulae annus notatur: τοῦ ͵ϛψπβ' ἔτους, i. e. a. C. 1274.

Geometriae (seu gromaticae disciplinae) compendium, cum figuris geometricis minio depictis. Inc. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ἡ τῆς γεωμετρίας ἐπίνοια (cod. ἐπίνια) εὕρηται παρὰ τῶν Αἰγυπτίων f. 94.

Libellus, (quem vulgo Inventarium seu Repertorium appellant), in quo sacra supellex recensetur Ecclesiae (S. Deiparae τοῦ Κοιμητηρίου), videlicet vasa sacra, imagines, libri liturgici, candelabra (cod. μανούλλια, pro μανουάλια) etc. Inscribitur: Βρέβειον (sic constanter codex pro βρέβιον) τῶν ἱερῶν ἁπάντων τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας ἐκκλησίας etc. Prooemium inc. Ἠμέληται μὲν ἕως ἄρτι, καὶ παρ' οὐδὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐλογίζετο ἡ ὡς ἐν

τάξει βρεβείου καταγραφή f. 99. Recensio ipsa inc. Ποτήριον ἀργυροῦν, δίσκος, κρατήρ, μιάκια (sic). Clauditur verbis: διὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων τῶν οὐσῶν ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Κοιμητηρίου. — Sequitur media pagina vacua.

(Testimonialis, ut aiunt, epistolae formula). Inc. Ἐπαινεῖται καὶ δοξάζεται ὁ κατὰ Θεὸν ἐνάρετος ἄνθρωπος f. 99 v. Des. καὶ ἐβουλλώθη καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας σφραγῖδος, διὰ τὸ ἀξιόπιστον, μηνὶ Νοεμβρίου (sic) ͵ςψλς′ ἔτους (= a. C. 1228) καὶ ἡ ὑπογραφὴ τοῦ ἀρχιερέως.

(Epistolarum formulae quam plurimae, eo magis notatu dignae, quod non videntur omnes commenticiae, sed ex ipsis archetypis petitae) f. 101–121 v. Primae epp. inscribuntur: ad Patriarcham, Archiepiscopum, Metropolitam, Episcopum etc. Sequuntur nonnullae Regis Cypri ad Sultanum potentissimum Ἀμηράν (sic), Regis ad Regem Hierosolymorum et totius Orientis etc. Multae sunt anepigraphae. Vid. etiam f. 158 et 163 v.

(Patris ad filium monita, versibus politicis), ad Georgium aliquem grammaticum τοῦ ῥηγικοῦ σεκρέτου (sic). Prooemium inc. Παρὰ πατρὸς τὸν υἱὸν παράγγελμα τυγχάνουν (sic) f. 122. Ipsum poema inc. Υἱὲ ποθεινότατε (cod. ποθηνώτ.), υἱὲ ἠγαπημένε. Hic illic formae dialecti vulgaris, ut νά = ἵνα.

Symeonis Logothetae τοῦ δρόμου, (in cod. Vat. 1277, f. 33: Συμεὼν τοῦ Μεταφραστοῦ), Alphabetum (seu Oratio versibus politicis, litterarum ordine digesta). Inc. Ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα, ἀπὸ καρδίας πόνους, || ἀπὸ ψυχῆς μετάνοιαν προσφέρω τῷ κτίστῃ f. 135.

(Alphabetum aliud, eodem metro). Inc. Ἀναλογίζου, ταπεινὴ ψυχή μου παναθλία f. 135 v.

Macarii monachi τοῦ Καλορίτου, versus (politici) κατ' ἀλφάβητον, de Vitae vanitate. Inc. Ἀπὸ ψυχῆς στενάξωμεν f. 136 v.

Eiusdem versus (politici) εἰς τὸ τέλος τοῦ βιβλίου οὗ ἔγραψεν. Inc. Γέγραπται ἡ βίβλος αὕτη παρ' ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου, || πένητος καὶ ἰδιώτου, ξένου καὶ πτωχοῦ τῶν πάντων, || ῥακενδύτου μελενδύτου τάχα μοναχοῦ τοῦ δῆθεν, || οὗ τὸ ὄνομα τυγχάνει Μακάριος Χριστοῦ δοῦλος f. 136.

Constantini Anagnostae, (seu Lectoris), semi-iambi (XCII) ἐπευχαριστικοί ad Constantinum σεκρετάριον, quibus de summa eiusdem erga se benevolentia gratias refert. Inc. Ἔγνωκα, πανυπόθητε || καὶ πανυπερθαύμαστε f. 136 v.

(Eiusdem ad eundem?) Versus politici (XLVI, idiomate vulgari). Inc. Παιδίν μου, καὶ ἄν σε (l. κἄν σ') ἐλύπησα, παιδίν μου, καὶ ἀνεθλίβης (l. κἄν ἐθλίβης), || παιδίν μου καὶ ἄν σε ἐπαίδευσα, καὶ ἄν σε ἔθλιψα πρὸς ὥραν, || οὐκ ἔδει σε νὰ λυπηθῇς, οὐδὲ νὰ θλιβῇς τόσον f. 137. — Eidem Constantino Anagnostae sunt fortasse adscribenda sequentia Epigrammata, quorum pleraque in codice auctoris nomine carent, dum alia τοῦ αὐτοῦ inscribuntur.

Versus (iambici VI) in Psalterium. Inc. Δαυϊδική πέφυκα δέλτος ᾀσμάτων f. 139.

Versus iambici (IX) ad amicum. Inc. Ἀντάξιόν σοι δῶρον οὐ γίνοιτό τε f. 139. — Sequuntur ibidem, eodem scripta metro, (Aenigmata) duo, quorum primum inc. Οὐδεὶς σπορεύς μου, καὶ φύω σπορᾶς δίχα. Alterum: Ἵππον ἔχω τρέχοντα λευκῷ πεδίῳ (cod. πεδείῳ). — Aenigmata excipit, eodem folio, (Monitum) ad iudicem. Inc. Εἰ τὴν κρίσιν βούλοιο (cod. βούλει ὁ) βαίνειν εὐθέτως.

Ἐπιτύμβιοι (στίχοι, seu Epigramma sepulcrale), in Imperatricem defunctam (Eudociam). Inc. Τύμβον κατασκεύαζε τῆς Εὐδοκίας f. 139 v. — Sequuntur ibidem alia duo ἐπιτύμβια, quorum primum, anepigraphum, inc. Τάφου προκύψας, κέρδος ἐκλέγου βίου; alterum, in Theophylactum Magistrum (τὸν μάστορα), inc. Τὸ θνητὸν ἔσχε Θεοφυλάκτου τάφος.

(Epigramma iambicum) in S. Georgium. Inc. Θαυμαστὰ πάντα μάρτυρος Γεωργίου f. 140. — Sequuntur ibidem alia epigrammata: I In Christum. Inc. Χριστὸς κατῆλθεν ἐν Σινᾶ πρὶν ἐν γνόφῳ, — II Anepigraphum. Inc. Σοφὸς πέφυκεν, ὅσπερ εὗρε νῦν τόδε, — III Εἰς τὸν ψηνᾶν (sic) τοῦ Γεωμέτρου. Inc. Ψηνᾶς μὲν ἄλλοις, ἀλλ' ἐμοὶ λᾶ (sic) τυγχάνεις, — IV Eiusdem (cuiusnam?) Εἰς πυλωρὸν Ἡλιοῦ Πατρικίου? Inc. Τίς σοι πατὴρ πέφυκε, τίς μήτηρ, λέγε, — V Eiusdem in Michaëlem. Inc. Ἐν ἀμπέλοις φόβητρα πολλάκις φύλαξ.

Eiusdem (sic) epigramma in Pegasium. Inc. Κρίσιν κριταὶ κρίνουσιν ἐν κριτηρίῳ f. 140 v. — Sequuntur alia tria ibidem: in ducem Cerularium, in Michaëlem χοροστάτην, Theophylacti fratrem, et anepigraphum quod inc. Γραμμάτων ἄπειρε, κομπάζεις μέγα.

Michaëlis (Syncelli?) Grammatici iambi (LXXVI) in eum qui, Epheso quum rediisset, mortuum deprehendit Leucoleonem (seu Leonem Vestum). Inc. Νῦν πένθιμον στάλαξον, οὐρανέ, δρόσον f. 140 v. — Sequuntur alia IV epigrammata, quae eundem videntur auctorem habere: I Anepigraphum, quod inc. Ὦ δέσποτα πρόεδρε φιλομιλίου (sic) f. 141 v. — II In Vitam et secundum (Christi) adventum f. 142 v. — III De eodem argumento et in Abrahamum f. 142 v. — IV (In Vestum Leonem). Inc. Ναοῦ τὸ κάλλος καὶ τὸ φαιδρὸν καὶ ξένον f. 143.

Geometrae (τοῦ Γεωμέτρου) iambi varii argumenti: I Εἰς τὸν Βη̄ (λ) (sic) ἀναφωνήσαντα, — II Εἰς τὸν ἄρχοντα f. 143, — III Εἰς ζωγράφον ἐμβάλλοντα μεθύστριαν f. 143 v. — IV Εἰς Σκλάβον μελιστήν f. 143 v.

Epigrammata varia poetae, cuius nomen in margine per monogramma tantum ΠΤΡ (litteris ΤΡ supra positis) exprimitur; an Πατρικίου? f. 143 v. Spectare videntur pleraque ad imagines pii argumenti a Romano quodam Censore depictas. — Sequuntur, f. 145, Ἐπιτύμβια in Iosephum, Symeonis fratrem; in ducem qui Κατακαλὼν nuncupatur, aliaque epigrammata anepigrapha minio descripta.

Theodori Prodomi epigrammata VIII: I In XII Christi festivitates f. 146 v. — II In Abrahamum, Sanctam Trinitatem hospitio accipientem f. 146 v. — III Verba Iobi ad uxorem f. 146 v. — IV Prologus in Christi Natalem f. 147, — V In Crucis elevationem f. 147, — VI In Sanctae Deiparae aditum (in Templum) f. 147 v. — VII Templi responsio (ad verba poetae) f. 147 v. — VIII. Προστακτική f. 147 v.

Anastasii Sinaitae Sermo de Diversis modis salutis et poenitentiae. Inc. Εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρὸ βραχέος (cod. προβραχέος) f. 148. Grandioribus scriptus est hic sermo litteris, alia eiusdem aetatis manu.

(Ex Euchologio, preces) in Antistitis ordinationem, ac Regis electionem f. 156 v. 157.

(Epistolarum formulae aliae XXXIII) f. 158. Vid. supra f. 101.

Ordo Officiorum (magnae Ecclesiae). Inc. Ὁ μέγας οἰκονόμος ἄρχει τῶν ὅλων κτημάτων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας f. 162. Des. Ὁ πρωτοπαπᾶς πρωτεύει, ὅταν λειτουργῇ (cod. -γεῖ) ὁ ἀρχιερεὺς τὴν ἀρχὴν τῶν ὅλων.

De VII hominis aetatibus. Inc. Βρέφος ἀπὸ γεννήσεως ἕως ἐτῶν δ' f. 162 v.

(Epistolica rursus alia, in rebus praesertim ecclesiasticis) f. 163 v. Inter alia: Epistola Michaëlis Hieromonachi ad Apameae Metropolitam f. 166. — Epistola Matthaei, Episcopi Amathuntis, ad Athanasium Ioppes (cod. Ἰόπης) Episcopum, de Ordinatione intra propriae Dioecesis limites conferenda f. 167. — Gregorii, Patr. CPolitani, ad Hierosolymorum ac Cypri regem epistola f. 167 v. — Exemplar (ἴσον) seu formula Manumissionis. Inc. Οὕσπερ ἡ φύσις ἐλευθέρους ἀπέδειξεν, τούτους τυραννικὴ βία f. 168. — (Epistola Nili, Monachi monasterii S. Deiparae τοῦ Μαχαιρᾶ, ad Hegumenum suum). Inc. Εἰ τοῖς πατράσιν ὑποκεῖσθαι τὰ τέκνα προσήκει f. 169. Subiungitur Notarii subscriptio, quam ad calcem reiecimus. — (Commendaticiae Litterae pro homine ex servitute Turcarum liberato). Inc. Τοῖς (cod. τούς) τῆς εὐσεβείας ἐρασταῖς (cod. ἐραστάς) ἅπασιν f. 170. — Sequuntur, praeter alias Epistolas diversi argumenti, Chronica quaedam (f. 170 v.-173), et Γράμμα νομικοῦ, (seu formula Diplomatis, quo facultas alicui, sacrorum canonum perito, tabularii et συμβολαιογράφου artem exercendi conceditur). Γράμμα inc. Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως οἱ παλαιοὶ θεῖοι καὶ εὐσεβεῖς βασιλεῖς φιλοπονήσαντες f. 174.

Phaladdae (sic pro Palladae) Grammatici (epigramma in aurum). Inc. Χρυσέ, πάτερ κολάκων *(Anth. Pal. IX, 394)* f. 166 v. Inter superiores epistolas interiectum.

(Aenigmata aliquot, inter epistolas superiores dispersa, cum suis solutionibus). Primum inc. Σὺ τὸ τρίγραμμον συλλαβὴν φέρεις μίαν f. 167 v.

Interpretatio (Hymni vespertini, qui incipit a verbis) Φῶς ἱλαρόν, (S. Basilio multo antiquioris, in plerisque Horologii editionibus S. Martyri Athenogeni vel S. Sophronio falso adscripti. Cf. Pitra *Analect. T. I.*

Prol. p. LXXIII. Not.). (Prooemium) inc. Μετὰ τὴν ἀπὸ γῆς ἄνοδον πρὸς οὐρανόν f. 174 v. Multus est auctor de huius hymni origine. — Sequuntur iterum Epistolae aliae, intermixtis Chronicis, quae, ne nimii simus, omittimus, f. 176-178.

Commemoratio SS. Patrum et Confessorum Ioannis et Cononis, sociorumque XI monachorum, qui ab impiis, male sentientibus et haereticis, anno 1231 vivi combusti fuerunt, quia dixerant, τὰ ἄζυμα Hebraeorum esse et Hellenistarum, nec ab Apostolis et Conciliis oecumenicis tradita etc. f. 178; cf. f. 179 v.

S. Germani, Patr. CPolitani, in S. Deiparam Stichera. Inc. Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων f. 178. — Sequuntur iterum Epistolae aliae, praecipue de Suffragio Episcopi, et de pecunia non accipienda in Ordinatione Clericorum f. 179. — Epistolam de eodem argumento Gennadii, Patriarchae CPolitani (f. 179 v.), excipiunt Chronica alia de insula Cypro a Latinis capta anno 1188, et iterum de monachis Ioanne et Conone anno 1231 combustis (v. sup. f. 178) f. 179 v.

(Iustiniani Institutionum libri VIII priores, cum noni libri de Nuptiis initio, interprete Theophilo Antecessore, qui ἀντικήνσωρ dicitur in codice nostro, ut in Pal. 19, f. 5). Inc. Ἀρχὴ τῆς πρώτης Ἰνστιτουτίωνος· (ἤ)γουν τῆς τῶν νόμων εἰσαγωγῆς: Θεοφίλου ἀντικήνσωρος etc. f. 182. Des. ἐννόμους δὲ γάμους συνιστῶσι Ῥωμαῖοι μεταξὺ ἀλλήλων, ἡνίκα τὰ περὶ γάμων τοῖς νόμοις διηγορευμένα φυλάξωσι· δεῖ δὲ τοὺς μὲν ἀρ . . . ε . . . — Ultima folia madore deturpata, cum detrimento scripturae. In margine adnotationes alicubi latine.

Subscriptio librarii, ad calcem Nili monachi epistolae, quae f. 169 legitur: πριμμικήριος τῶν κατὰ κύπρον ταβουλαρίων κωνσταντῖνος εὐτελὴς ἀναγνώστης ὁ καὶ τοῦ ὕφους γραφεὺς καὶ αὐτὸς μαρτυρῶν καὶ γράψας.

368. Membr. in f. saec. XI-XII, fol. 338. Olim Papae Nathanielis.

Historia animae utilis, ex interiori Aethiopia, seu Indorum regione in S. Urbem (Hierosolyma) translata per Ioannem, monachum monasterii S. Sabae, in qua Vita (narratur) SS. Barlaami et Ioasaphi; sic inscriptio minio depicta, ut et ceterae omnes, f. 1.

S. Athanasii, Alexandrini Archiepiscopi, ad Antiochum Praefectum liber de Quaestionibus multis ac necessariis in divina scriptura controversis etc. f. 202. Quaestiones sunt numero CXXXVII, ut in edd.

Χρονογράφιον breve (de Christo et Ecclesia, ex S. Scriptura). Inc. Ἐπλάσθη ἤτοι ἐδημιουργήθη ἐκ γῆς ὑπὸ Θεοῦ f. 256 v. Des. καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα· πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.

Filium (Dei) ante saecula genitum esse. Tractatulus constat capitibus IV, quorum I inc. Δαυὶδ πρῶτος λέγει ἐν τῷ ρθ ψαλμῷ f. 265 v. — II inscribitur: Ὅτι συνῆν τῷ Πατρί, — III Ὅτι συγκτίστης, — IV Ὅτι ἀπεστάλη.

Chrysostomi in Iordanem (sermo). Inc. Διὰ τί παρὰ πάντας; f. 267. Spurius habetur.

Anastasii, monachi Sinaitae, homilia in Psalmum VI, habita in principio ieiuniorum. Inc. Πρέπουσαν τῇ τῶν νηστειῶν ἀρχῇ f. 271.

S. Basilii sermo de Vitae renuntiatione et animae perfectione f. 228.

S. Io. Chrysostomi oratio in Philogonium ex causidico Episcopum factum; in qua de Cura reipublicae, et de religioso ac crebro Sacramentorum usu f. 300. Inscriptionem valde prolixam paucis absolvimus.

